BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 A
33

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

25.6.21.
13.7.d. 17

A

~~Ex libris Nuciani [illegible]~~
studiosi et amicorum

Quinquaginta decisiones post primam C. editionem emissam, quibus Imperator veterum Iuriſc. controversias dirimit recensentur hic

1 l. fin. C. de furt. de qua in §. ... noſtra provi... inſtit. de

2 l. fin. C. de posth. her. qua corrigit ... commodiſſime ff. de

DIVISIONES

IN QVATVOR LIBROS INSTITVTIONVM D. IVSTINIANI IMP.

Georgio Bernardo Roannenſi, Iur. doctore. ac Lugduni cauſarum patrono auctore.

Quæ multos ex vaſto Pandect. & Codicis tractatu, elibatos locos complectuntur.



BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV

LVGDVNI,
APVD CLEMENTEM BAVDIN.

M. D. LXX.

Cum Priuilegio Regis.

13 19 A 33

Extraict du priuilege du Roy.

IL eſt permis & octroyé a Clement Baudin marchant Libraire de Lyon, Imprimer ou faire Imprimer, vendre & debiter tant par luy que par autre ce liure intitulé *Diuiſiones in quatuor libros Inſtitutionum &c.* Iuſques au temps & terme de cinq ans a conter du iour & date que ledict liure ſera paracheué d'Imprimer. Et c'eſt par ceſsion & tranſport dudict priuilege fait & paſsé audict Baudin par M. George Bernard docteur es droitz, ſans que pendant ledict temps de cinq ans autres que ledict Baudin puiſſent Imprimer vendre ny debiter ledict liure, que par ſon congé & conſentement ſur les peines contenues au dict priuilege comme plus aplain eſt declaré par icelluy, donné à Paris le xxiiij. iour de May. 1570.

Par le Roy en ſon Conſeil eſtably a Parys.
Signé Camus, & ſeelé du grand ſeau en cire iaune a ſimple queue.

POLITISSIMO VIRO
MICHAELI LARCHIERIO,

inter Senatores ſupremi apud Lutetianos ſenatus & integerrimo, & doctiſsimo, atq; prouinciæ Lugdunenſis Præſidi equiſsimo: Georgius Bernardus. S. D. P.

GRATVM viatoribus eſſe ſolet ornatiſsime præſes, eorũ qui rectè ambularunt veſtigia terere, & ea via curſum dirigere, quà facilè quamplurimi gubernatores optimi, in portum delati ſunt. Ideoque iuriſperitorum ego, elegantiſſimorumque hominum iamiam confectum iter emulari cupiens, varijs ex libris, & autoribus iuris, (quos legendos, ſedulóque euoluendos ſuſcepi) optima quæque ſelegi, ſelectaque haſce in diuiſiones contuli. Quod neque nouum, neque inuſitatum videri poterit: præcipit enim Fabius, idq; Macrobius recenſere nititur, apes nobis imitandas, quæ

diutiùs vagãtur, flores vt carpant, poſtea quicquid collegerunt, diſponant, fauiſque ſuis inferant, ac ſecum tandem proprij oris ſpiritu in dulciſsimum nulli ſimilem mellis ſaporem conuertant. quod omnes plerique ſcriptores, cum Græci, tum Latini, facere ſolent, aliena in rem ſuam conuertentes, necnon per quos profecerint (quod ingenui pudoris eſt) ingenue confitentes. ſiquidem ab Homero non tantum poëtæ omnes, cuncta vt ab Oceano flumina, verũ & aliarum rerum autores defluunt: nunquid & Strabo Cretenſis totus homericus eſt? Cicero quoque imprimis à Platone, & Demoſthene, magna ex parte decurrit, omniumque quos probauit Græcorũ virtutes Latinum in eloquium tranſtulit: ſic & Quintilianus ab ipſo Cicerone manauit: nec Virgilium puduit millia verſuũ ab Homero transferre: ac ferè omnes imitari affectus. ab Heſiodo demùm Apollonio, a Theocrito, atq; a Latinis plurima mutuari: ſi deniq; legendis noſtris, cui, loquentiæ, & quidem alienæ, pluſculum

culum ineſſe diſplicuerit, ex Terentianæ enuchi prologo audiat.

Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius,
Quare æquum eſt vos cognoſcere, atq; ignoſcere,
Quæ veteres factitarunt, ſic faciunt noui.

Sed cum veteribus æthnicis legumlatoribus moris id ſemper fuiſſe dicatur, vt ſuas ſanctiones, ad numen aliquod referrent, ſicut Numa, ad Aegeriam: Lycurgus, ad Apolinem: Solon, ad Mineruam: Minos, ad Iouem: Charondas, ad Saturnium: Trimigeſtus, ad Mercurium. Cumque dubijs in rebus peßimus augur metus eſſe conſuerit, tempore preſertim hoc noſtro infæliciſsimo, quo nihil tam membris omnibus abſolutum eſſe poteſt, quin momi inueniantur, qui iniq; reprehendant, lacerent, & quaſi hiberas mæuias, ægyptiaque portenta, non ad Cyno ſarges modo, ſed Charontis, ianuam abijcien dum putent. mihi diutius cogitãdi, vbinam exulantibus, & profligatis ſtudijs meis, patronum ac defenſorem inuenirem idoneum, cuius gratiã hoc in negotio emereri poſſem:

is præter cæteros de re literaria bene meritos viſus es, qui quod & virtutis, & ſenatoriæ, ſeu forenſis diſciplinæ ſplendore reliquis præſtas, eo etiam noſtra ſtudia, & honeſtos conatus prouehere, tuerique valeas. Tibi igitur præſes digniſſime, haſce vigilias meas, velut diurnorum, nocturnorumque actorum ephemerides dicare, tuique clariſſimi nominis, (quo ſæpius extimui ne nihil dignum, quam ne meo emitterem) tutela in lucem prodire volui: ea adductus opinione, quæ apud me, & paſſim apud omnes volitat, de ſingulari non tantum in adminiſtranda Lugdunenſi politia, verum etiam in bonis diſciplinis ſedulò inſtaurandis, prudentia, cura, & liberalitate tua. Ex quo non immerito a regibus noſtris ampliſſimæ Pariſienſis curiæ lectiſſimus ſenator creatus, & aliquot ante annos, ad ſumma vrbis, atq; adeò totius Lugdinenſis prouinciæ munera euectus fueris, vbi partim tuo vnius (Ariſtidis inſtar) præſidio, partim iuris prudentiſſimorum, integerrimorumque hominum

minum, qui tibi aſſident conſilio, atque acutiſſimorum cauſidicorum patrocinio, & eloquentia, ſic & priuatum, & publicum exerces iudicium, vt veſtri conſeſſus dignitate, & autoritate iampridem in hominum opinione religioſiſſime conſecrata, poſtulati iuris protinus impetrandi ſpes, & fiducia ſanctum ſemper apud vos perfugium ac tanquam oppreſſorum aſillum, ſeu iudiciariæ integritatis tutiſſimam arcem inuenerit: planeque perſuaſum habeant omnes te ipſis Lugdunēſibus a deo opt. max. datum, is vt eſſes cuius ductu leges vrbis cæleberrimæ perfloreſcerent, ciues in perpetua regis manu, & obedientia (prout deo, ipſi, ac magiſtratui legitimo obligati ſunt) continerentur, & ea omnium florentiſſima ciuitas, in ſua dignitate, gubernationeque optima conſeruaretur quæ omnia haud dubiè non patientur, virtutum tuarum (quas cuiuis æſtimare, quàm mihi ſcribere facilius puto) memoriam vlla temporum vetuſtate obſoleſcere. quare ne longius quam ſtatue-

ram fluat oratio, accipe clariſsime præſes eo quo tibi voueo fronte primos hos meorum laborum fructus, primamque parum feracis agri meſſem, illudque tritum Græcorum prouerbium ξένιον δὲ θυμὸς ἄριστος. *& quod lacte deo ſupplicant ruſtici, qui thura non habent, cogitabis. Vale Lugduni pridie Idus Iunias. 1570.*

GEORGII BERNARDI

PRAEFATIO.

Ad Candidum lectorem.

CC M in omni diſciplina methodus, & compendioſa docendi ratio apprimè ſit vtilis candide lector, tùm verò in iure prope neceſſaria propter ſummam eius dificultatem ac immenſitatem, mos ěrat Græcis ipſius iuris interprætibus per paratitla ideſt rerum ſummas titulatìm appoſitas leges interprætari. Quòd à Iuſtiniano conceſſum fuiſſe conſtat, atque Græcos imperatores doctorum ſuorum opiniones nō excreſcere permiſiſſe. nemo etenim citiùs ſe abſoluit, quam qui certam rationem ac viam in legum ſtudio eligit, vt quòd paucis annis exequi poteſt, in eo ſeculum non impendat, quaſi apud Minoem, aut Aeacum (vt dicere ſolet Cato) cauſas aliquando agere, meditari videatur: proindè Eudamidas cum videret Xenocratem ſeniorem adhuc in achademia

verſantem, & audiret eſſe ſophon qui virtutem quereret, exclamaſſe fertur, ecquãdo hãc vtetur ſi adhuc querat? Itáque poſt collectàm & breuiſsimè ex pandectarũ collatione compoſitam in Iuſtiniani Codicis titulis explicandis epitomen, quamquidem plurimorum iuriſconſultorum cenſure (ne ſcilicet publicè exiſtimationis iacturam ſubirem) ſubieci & typis Lugdunenſibus, & vicinis edendam curaui, reliqui huiuſce mei laboris anchoram ſoluere, & vela ventis dare non erubui, vt quas tenelli ingenij primitias, cum Friburgi Briſcoiæ, (quæ eſt ſuperioris Germaniæ achademia, & ciuitas egregia) deinde Toloſæ iuriſprudentiæ incumberem, ac demùm in vtróque Pariſienſi, & Toloſano ſenatu, forenſis quidem diſceptationis ſpectator & auditor, non orator, aut defenſor verſarer, parturij, aliquando parerem. vt autem clariùs appareat quid hijſce diuiſionibus noſtris complectatur: Illis breuiter præter id quòd in inſtitutionibus, quæcumque ferè vaſto pandectarum, & codicis, ſeu nouellarum conſtitutionum tractatu explicatur compendioſa, ac continua oratione comprehenſum & ex optimis quibuſque authorum elibatis floribus, & ſententiis fideliter in margine deſignatis

tis illuſtratum videri poterit neque profectò vlla res eſt, quæ magis legentis animum alliciat, intelligentis mentem præparet, & artificio quodam memoriam informet, quam diuiſio, in qua quaſi membra ſunt corporis iuris: in quoquidem negotio ſigillatìm & ſermone continuo titulis duntaxat, ac locis ex quibus hoc opus conieci in margine adſcriptis, quatuor Iuſtiniani inſtitutionum libros perſecutus ſum quos ſanè nemo inficias ibit multas habere dotes, multiſque nominibus aliis voluminibus iuris præſtare: cuius præcipua capita complectuntur breuibus paragraphis, ſeu verſiculis elegantiſsimè, compreheſa,quæ apertè ad ſecretiora legum myſteria aditum faciunt, obſcura illuſtrant,componunt controuerſa, nec interìm ocioſas ſpinoſaſque commentationes ingerunt: ac vtinam Iuſtinianus reliqua iuris volumina ſimili methodo compoſuiſſet, qua ipſas inſtitutiones conſcripſit: fuiſſet ſanè aliquandò finitum ius ciuile, vti eſſe poteſt & debet inquit Neratius. Scripſere autē multi veterum eiuſdem argumenti libros, quò ipſum ius ciuile in ordinem breuitatémque dirigerent: vt Hermogenianus qui ſex libros confecit iuris epitomen & Paulus alios tres eiuſdem generis, ex

Alpheni

Alpheni digeſtis: Voluſius quoq; Mætianus legem Rhodiam compendioſè tetigit. ac etiã Pomponius iuris ciuilis Enchyridium reliquit. Ex quibus omnibus reſponſa in Pandectis noſtris reiecta ſunt, quas Iuſtinian. Imp. Triboniani aliorumq;: opera adiutus ex antiquiſsimis iuriſprudentiæ libris concinnauit, & demum principum ſanctiones duodecim libris complexus, authenticas deinde conſtitutiones promulgauit, ac tandem ſuam nomotheciam his quatuor ciuilium inſtitutionum libris abſoluit: quibus in demonſtrando exponendoque eorum quibus iudicia conſtant futuro iuriſconſulto perneceſſariam eſſe cognitionem, operam conſumit. Omnis autem iudicij conſtitutio circa tres partes verſatur, nam & litigatores eſſe oportet, nempe actorem reum & iudicem coràm quo diceptetur: deinde vel propter res iudicium dictari, vel propter obligationes: quilibet enim aut quòd ſuum eſt, aut quòd ſibi debetur, poſtulat. neque alia inſtituendarum litium cauſa inueniri poteſt, in quibus exercendis cùm perneceſſaria ſit certa quædam ratio & via, Imp. lib. I. inſtitutio. de perſonarum iure & conditione, nempe de liberis ſeruis, libertinis, ingenuis, patribusfam. filiisfam. puberibus,

bus, , impuberibus, pupillis, tutoribus,adultis, curatoribus ſic diſſerit vt quibus eorum poſtea, vel acquirere vel alienare rerum dominia, & quibus obligare, vel obligari fas ſit facilius intelligi poſsit:deinde quibus res tùm ſingulæ, tùm vniuerſæ acquirantur exponit. Poſtremò ad actiones ordine accedit, quarum nomine omnem iudiciorum ordinem ſeu omnes inſtituendarum diſcutiendarumque litium formulas, & (vt vulgus loquitur) procedendi modum debemus intelligere, ſiue ad actorem vel reum, ſeu ad prætorem vel iudicem arbitrumue res pertineat. Et cùm actorum intentiones multis verbis explicat, tùm etiam reorum exceptiones ac defenſiones ſubinde commemorat. Et quandoquidem totius huiuſce inſtitutionis tres duntaxat ſunt partes: de litigantium perſonis tanquam de cauſa efficiente, de cauſis ob quas litigatur velut de materia, & de litigandi, litiumque dirimendarum formulis, tanquàm de forma: conſequens neceſſario videbatur, ipſius inſtitutionis tripartitam quóque aſsignandam eſſe diuiſionem verùm in duobus voluminibus tractata eſt illa de rebus, & obligationibus diſputatio: nam ſecundus liber continet tractationem eorum modorum quibus

bus res ſingulæ: Item priorem partem modorum quibus res vniuerſæ acquirantur, hoc eſt de hæreditatibus quæ ex teſtamentis obueniunt. Tertius vero liber initium facit ab alio capite, de hæreditatibus quæ ab inteſt. deferuntur: cui annectitur diſputatio de obligationibus, quæ naſcuntur ex contractu. Quartus tandem liber exordium ſumit ab altera parte obligationum, quæ ex delicto, & ex diſsimilimis actionibus abſoluitur.

IN GEORGII BERNARDI autoris celebritatem: Ad clariſs. Nicolaum Angelum Lugdunenſ. prouinciæ Præfecti collegam, & primarium in ſeſsione Præſidiali ſenatorem Philib. BVGNONII I.C. Matiſconenſis, & Lugduni cauſarum patroni.

Carmen extemporale.

En opus hoc breue quod numeroſa volumina paucis
Continet, à quo nil, vtile quod ſit, abeſt.
In toto nihil eſt comprenſum corpore iuris,
Hæc methodus quod non præmeditata ferat.
Eſt magnum per ſe libros componere, ſcriptos
Sed breuibus chartis claudere, maius opus.
Accedat, quod qui methodum benè conficit, ingens
Ille poteſt etiam ſcribere quicquid auet.
Nos docet hoc BERNARDVS, habens in Codicis ampla
Iuſtinianæi ſat monimenta libros:
Iam-dudùm quæ pronus erat miſſurus in auras,
Conatum niſi Mars diripuiſſet atrox.
Illa tamen medium contracta pace petenti
Proferet in vulgus, ſi pià fata velint.

A. Chapuis εἰς τὴν τοῦ Βερνάρδου ἡδυέπειαν.
τετράστιχον.

Χαῖρε φάος ῥήτορης Βερνάρδε λιγύθροε, ὅτι
Βίβλῳ ἀναυδήτῳ κόσμον ἄγειν δοκέεις,
Λεπτὰ διαιρήσας πινυτόφρονος ὄργια τέχνης
Καὶ νομικῆς σοφίας ὄλβια δῶρα γράφων.

Eiuſdem ad Lectorem.

Si quis aues Iuris congeſta volumina paruo
Et concluſa libro perlegere: hunc moneo.
Affabrè qui nodos legum diſſoluit, & offert
Súbq; manum quicquid Iuſtinianus habet.

DIVISIONES IN LIBRVM PRIMVM IVSTINIANI IMP. INSTITVTIONVM.

GENVS humanum duobus Regi verisſimum eſt, diuino nempe aut humano iure. vnde duplex & forum & iuriſdictio conſtituitur. [1] Ius diuinum adeo opt. Max. inſtitutum, lege diuina, & euangelio continetur. Quo cuique precipitur aliis facere, quod ſibi fieri vult. Et prohibetur alij inferre, quòd ſibi fieri nolit. humanum verò ab homine introductum precipit honeſtè viuendum, neminem ledendum: & quod ſuum eſt vnicuique tribuendum. Et illud duplex Conſtituitur: puplicum & priuatum: publicum cōſiſtit in ſacerdotibus, ſacris, magiſtratibus. [2] Priuatum triplex exiſtit, Naturale, hominibus & belluis commune, vt carnalis coniunctio, liberorum procreatio, corundemque educatio: nempè

1 Paralypome. 2. cap. 19. & Act. 19. cap.

TIT. De iuſt. & iur.

2 Iſiodor. lib. 5. Etymolog. ca. 8. Vlp. lib. 1. ff. de iuſt. & iur. tit. 1. l. 1. §. publicū can. ius publicū diſt.

TIT. De iur. natu.gēt. & ciuil.

quod ſola natura docuit,neque hominum ingeniis excogitatum eſt, & (vt Cicer. verbis vtar [3]) quod non accepimus, legimus didicimus: vel gentiū hominibus tantum cōmune ſed omnibus,indè bella,captiuitates,ſeruitutes, obligationes,& hæc duo immutabilia cenſentur: quo ad totum, non quoad partem: aut ciuile quod tantū quibuſdam ciuibus eſt commune, & quod quiſque populus, vel quæque ciuitas ſibi proprium diuina humanaq; cauſa conſtituit [4] dictum ciuile l. xij. tab. Et hinc ius aliud ſcriptum, aliud non ſcriptum. Ius ſcriptum vocatur lex hoc eſt populi conſtitutio, qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerūt: aut plebiſcitum, quod plebs tantum conſtituit: aut ſenatuſcōſulta, quæ tantum ſenatores populo conſulentes decernunt: aut principis placita, quæ legis habent vigorem: [5] aut prætorum ædicta, hoc eſt ius quòd prætores introduxerunt, adiuuandi vel ſupplēdi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicam vtilitatem, quod & honorarium appellatur. [6] aut Reſponſa

prud

3 In oratio. Milon.

Jus gentium.

Jus ciuile.

4 Iſiodor. lib. 5.

quid lex

5 Vlpia. lib. 1. ff. de conſtit. princ. tit. 4. l. 1.

6 Papinia. lib. 1. ff. de iuſt. & iur. tit. 1. l. ius autem.

prudentum. Ideſt ſententiæ & opiniones eorum, quibus fas erat ius condere de quibus videre eſt Alexã. ab Alexandro.[7] Item aliud ius non ſcriptum ſeu conſuetudinarium, quod moribus inſtitutum eſt.[8] quinetiam plus valere atque. In rebus maioris momenti verſari leges huiuſmodi quæ moribus comprobatæ ſunt; quam quæ ſcripto conſtant, teſtatur Ariſtotheles.[9] hinc Ouidius, Morem fecerat vſus, atque Fabius ſcribit pleraque. in iure, non legibus, ſed moribus conſtare. vtrumq; autem tàm ſcriptum, quàm non ſcriptum mutari poteſt & ab inſtituto duarum ciuitatum. Athenarum ſcilicet & Lacedemoniorũ fluxiſſe videtur. nam Athnienſes ſcripto tantùm: Lacedemonij moribus, nõ ſcripto, poſtea Romani partim ſcripto, partim non ſcripto ſeu moribus vſi ſunt, Omne autem ius vel ad perſonas, vel ad res, ſeu actiones pertinet, perſonæ aliæ liberæ ſunt, vt ingenui, qui ex duobus ingenuis, vel ex duabus libertinis, vel vno ingenuo, Et altero libertino, ſeu patre ſeruo, matre ingenua nati ſunt Et cen-

7 Lib. 6. cap. 23.

8 Iulian. lib. 1. ff. de legib. titu. 3. l. de quibus.

9 Lib. 3. polytic. cap. vltim.

TIT. De iur. perſona. De ingenuis. De libertin.

ſetur ingenuus is qui ex matre aliquo grauiditatis tempore libera, ſiue illa ex marito, ſiue ex alio conceperit procreatus eſt, nam ad libertatem partus ſatis eſt matrem aliquo tempore fuiſſe liberam nempè, aut conceptionis, aut geſtionis, aut natiuitatis [10] vndè Ocretia Regij ſanguinis mulier bello a Tarquinio Rom. Rege capta Seruum Tullium in captiuitate peperit ex quo Seruius nominatus eſt. Neque Pamphila Terentiana quod infantulam predones rapuere, & Rhodio mercatori vendidere, neq;. Ioſephus fratribus Aegiptiis mercatoribus venditus, quamuis diù in ſeruitute egerint, ſerui dicti ſunt: ipſa autem ingenuitas iniuſta ſeruitute aut ſuperuacanea manumiſſione non leditur [11] cum verò mater ſemper certa eſt, ideo eius conditionē partus ſequitur, quoties de ſtatu mouetur quæſtio. In aliis liberi patrem ſequuntur [12] veluti quòd attinet ad originē. [13] Item in conſeruanda dignitate ſenatoria [14] & decurionatus [15] & nobilitatem a patre, non a matre trahunt. demum ex liberis perſonis dicuntur

10 Martia. lib. 1. ff. de ſtatu hom. tit. 5. l. & ſeruorū.

11 Gordia. lib. 7. Cod. de ingenuis & manumiſſ. titu. 14. l. 2.

12 Celſus libr. 1. ff. de ſtatu. hom. tit. 5. l. cum legitimæ.

13 Vlp. lib. 50. ff. ad municipa. tit. 1. l. 1. & l. Aſſumptio §. filius.

14 Vlpia. lib. 1. ff. de ſenatorib. tit. 9. l. liberos.

15 Gratian. & Valentinian. lib. 10. C. de decur. titu. 31. l. exemplo.

liberti, quales ſunt dedititij, Latini plenè manumiſsi, qui omnes nùnc exoleuerunt. Item aliæ perſonæ ſeruæ fiunt per captiuitatem, venditionem, natiuitatem: & tales quondàm vernæ dicebantur, (vt ait feſtus) [16] nam hi ſunt in poteſtate dominorum, quæ olim erat vſque ad ſeruorum necem: quoſquidem pecudibus æquiparabāt: [17] ſed hodiè domini qui plus Aequò ſæuiunt ſeruos vendere coguntur, aut illi puniuntur in ſeruos ſine cauſa animaduertentes. Quamobrem Ageſilaus dux Lacedemoniorum ſæpè pro concione milites ſuos admonebat, ne captiuos vt facinoroſos cruciarēt, ſed vt homines ſeruarent. ex quo Agame non dicere ſolebat ſæuitiam in captiuos eſſe cōtra naturalem honeſtatem. hæc dominorum poteſtas, tollitur, per manumiſsionem hoc eſt per herilem [18] poteſtatem patriam [19] vel regiam [20] quandoq; etiam per artem. [21] Erāt autem manumiſsi libertini, Latini, de dititij, hodiè ſunt omnes libertini: & fit manumiſsio, in eccleſia: inter amicos: per epiſtolam: quinque teſtibus

16 lib. 19. & Alexand. lib. 3. Genial. dier. cap. 22.

17 Caius lib. 9. ff. Ad l. Aquiliam. tit. 2. l. 2.

18 Paul. lib. 18. ff. de ſeruis export. tit. 7. l. Titius.

19 Iuſtinian. li. 8. C. de emanci. tit. 49. l. vlt.

20 Pompo. lib. 1. ff. de orig. iur. tit. 2. l. 2.

21 Vlp. lib. 50. ff. ff. de verb. ſig. tit. 16. l. mulieris.

22 Iuſtinia. lib. 7. C. de latin. liber. tollen. tit. 6. l. 1.

TIT. Quib. ex cauſ. manumitt. non licet

TIT. De his qui ſui vel alie. iur.

De patr. poteſt.

23 Caius 26. ff. de teſta. tutel. tit. 2. l. 1. & Vlpi. lib. 28. ff. de vul. ſub. tit. 6. l. 2.

TIT. Quib. mod. ius pat. poteſt ſolu.

24 lib. 48. ff. de pœn. tit. 19. l. 2.

adhibitis.[22] Per teſtamentum, & in tranſitu. Nec valet manumiſsio, ſi aliter quàm in teſtamento fiat, in fraudẽ creditorum. Vel ſi fiat à minore xx. annis non habente iuſtam cauſam, ſeu in teſtamento à minore xviij. annis. Cæterũ alij ingenui ſunt in poteſtate parentum, cuius vis durat etiã poſt mortem patris, vſque ad pubertatem.[15] & prouenit ex nuptiis, adoptione, legitimatione. Diſſoluitur, morte, deportatione, (cuius loco Vlpi.[24] poſuit aquæ & ignis introdictionem) ſeruitute, dignitate patriciatus, filij captiuitate pẽdente, & emancipatione alij verò ſui iuris: quorum nonnulli illegitimi, vt ſpurij, qui nati ex pellicatu dicuntur, vel inceſtuoſi, qui ex conſanguineis: alij legitimi. Et ſunt aut maiores xxv. annis, aut minores, qui degũt in tutela & illi omnes ſiue maſculi ſiuè fœminę poſt pubertatem rectè nuptias contrahunt. Quæ omnibus ciuibus Romanis permittuntur ſiue ingenuis, ſiue libertinis. Aetas autẽ cõtrahendi nuptias, ſecundum leges & canones eſt xij. annorum in fœminis[25] in viro xiiij. annorum

TIT. De Nuptiis.

25 Pomp. lib. 23. ff. de rit. nupt. tit. 2. l. minorẽ cap. continebatur de deſpõſatio. impubert.

norum[26] nam Macrobius[27] ſcribit poſt annos bis ſeptem ætatem neceſſitate pubeſcere, & tùm moueri incipit vis generationis in maſculis, atque in ea ætate Ariſtoth.[28] fatetur ſemen quidem abundare, ſed non eſſe ſatis maturum ante xx. annos idem Ariſto.[29] agens de nuptiis prꝗſtituit maribus annum xxxvj. puellis, xviij. Plato & Heſiodus contenti ſunt xxx. annis: at Pomponius ait[30] nuptam legitimam vxorem dici, cum xij. annos expleuit, ſecus non poteſt (inquit labeo)[31] videri nupta, quæ virum pati nequit. In hanc ſententiam multa præclarè Ariſtoth.[32] quare Plato[33] ſcribit veteres nudos mares, & nudas puellas ad pūbem vſque obſeruaſſe, vt cognoſcerēt an ad nuptias eſſent apti, quæ prohibentur inter aſcendentes & deſcēdentes vſq; ad infinitum:[34] & inter trāſuerſes, & collaterales vſque ad quartum gradū[35] & inter hos affines priuignum & vitricum nurum & ſocerū: ſocrum & generum: nouercam & priuignum: denîque inter tutorem & curatorem eorumuè liberos, & pupillam

26 cap. atteſtatiōnes de deſponſa. impub.
27 lib. 1. in ſomnium cap. 6.
28 lib. 5. de Hiſt. animal.
29 in politic.
30 libr. 23. ff. de rit. nup. tit. 2. l. 4.
31 lib. 26. ff. quā. dies legat titu. 2. l. penult.
32 lib. 7, politic. cap. 16. & in Ethicis.
33 lib. 11. de leg.
34 Caius lib. 23. ff. de rit. nupt. tit. 2. l. nuptiæ.
35 cap. nō debet, & clementi. 1. de conſanguinitat.

vel adultã.[36] Et nihil capi poteſt propter iniuſtum matrimonium quòd tamen non ſic fuiſſe vetitum antiquiſsimæ vetuſtatis tempora teſtantur, nam Abraham duxit Saram ſororem ſuam ex Thare[37] vel ſaltē fratris ſui aram filiam. Iacob duxit Rachelem & Leam[38] filias auunculi ſui Laban. Iunior Tobias Saram conſobrinā ſuam[39] Darius propriam duxit ſororem. Neq; id tantum Hæbreis,& Perſis conceſſum fuit,ſed & Aegyptiis:ſiquidem Ptolomæus,ſororem quoque duxit. Cyrus conſobrinam ſuam, & apud Roma. Brutus coniugem habuit Porciam conſobrinam: Papinian.etiā ſcripſit[40] qui ex fratribus meis Titiā conſobrinam duxerit Hæres eſto. Et Scæuola.[41] Lucio Titio fratris mei filio genero meo ducentos aureos relinquo. In quo deniquè cognationis gradu apud pleraſque gentes matrimonia licita fuerint vide Alex. ab Alexand.[42] verùm qui adoptatur,eodem ferè iure eſt,quo is qui ex iuſto matrimonio naſcitur[43] nam Papinian.adoptionem, naturæ imaginem vocat vnde

36 Paul.lib.23.ff. de rit.nup.tit.2.l. ſen atuſconſulto. Seuerus & Antonus lib. 5. C. de interd. matri.inter pup. & tutor. tit.6.l.1.

37 Gene.12.cap.

38 Gene.31.cap.

39 Tobiæ 8.cap.

40 lib.28.ff.de cō ditionib. inſtitu. tit.7.l. qui ex fratribus.

41 lib. 36. ff. Ad Trebel. titu. 1.l. Lucius titius.

42 lib.1.cap.24.

TIT. De Adoptionib.

43 procul. lib.1. ff.eod.tit.7.l. ſi is qui.

[44] vnde Vlpian. ait [45] in adoptionem datos omnia cognationis iura in familia naturali retinere, ſuitatis autem & agnationis amittere, nec hodiè adoptio ius naturalis agnationis extinguit, niſi nepos ab auo, vel pronepos a proauo ſit adoptatus [46] proindè non ſolum naturales liberi ſecundum eá quæ diximus in poteſtate noſtra ſunt, verumetiam hij quos cooptamus per adoptionem, hoc eſt per legitimum actum, quo extraneum in noſtram familiam, iúſque filiifami. admittimus. Et fit adoptio per principem his tantùm maribus qui ſunt ſui iuris quæ dicitur arrogatio: [47] vel per magiſtratū, his qui ſunt alieni iuris cuiuſuis ſexus: quæ adoptio dicitur, genus tranſitus ſeu commigrationis, in alienam familiam authore Gellio [48] ita Moſes dicitur adoptatus à Pharaonis filia Theſeus, ab Aeger: Alphonſus rex Darrogonenſium, à Ioanna neapolitana Regina, quæ Iacobo Borbonio abſente Alphõſium euocauit ex Hiſpania anno. 1422. & voluit Regem eſſe Neapolitanum, obiter interim notandum

44 lib. 28. ff. de lib. & poſthu. tit. 2. l. filio.

45 lib. 38. ff. vnde cognat. tit. 9. l. 1.

46 Iuſtinian. lib. 8. C. eod. tit. 48. l. penult.

47 Caius lib. 1. ff. eod. tit. 7. l. 2.

48 lib. 5. cap. 19.

lege cautum fuiſſe, vt adoptatus adoptantis ſumeret appellationem, ſuo nihilominus nomine retento: vt teſtis eſt trãquillus,& Dioniſius in Auguſto nam ſemper viſa eſt bonorum virorũ honeſta. affectio nominis ſui propagandi,vnde hæres aliquis iuſſus eſt no

49 Metianus lib. 36.ff.ad Trebell. tit.1.l.ſed ſciẽdũ.

men teſtatoris ferre [49] ſicq;. q. Paulus Aemilius adoptatus a q. Fabio Maximo,dictus eſt Fabius Maximus.vtraq; autem & adoptio, & arrogatio valet, ſiue liber, ſiue ſeruus adoptetur, ſiue in locum filij, ſiue nepotis fiat, ſiue filius naturalis, ſiue ab aliquo iam adotatus adoptetur nõ valet,ſi extraneus, filiusfam.adoptet.Si impubes ſui iuris ſine reſcripto,& cauſę cognitione adoptetur: nam adoptio perfæcta,& magiſtratus, & adoptantis, & adoptiui præſentiam, atque actorum teſtimo-

50 Iuſtinian.lib. 8.C.eod.tit.48.l. vltim.

nium exquirit. [50] neq; adoptio valet, ſi adoptans non ſit xviij. annis maior adoptato: nemo enim adoptare poteſt, niſi eum quem ordine naturæ filiũ habere potuiſſet [51] ex quo Cic. [59] declarat,vt is adoptet q iam procreare liberos non valet. aut ſi caſtratus

51 Caius lib.1.ff. eod. tit.48. l. fin.
59 In oratio. pro domo ſua.

adop

adoptet:ſecus ſi ſpado. ſi quis adoptetur in nepotem ſiue conſenſu filij: & ſi fœmina adoptet, citra principis indulgentiam, quia fœminę filios in poteſtate non habent [60] ac ſuæ familiæ caput & finis eſſe dicũtur [61] nec poſſunt niſi omnibus filiis orbatæ adoptare [62] Ex his verò perſonis quæ non ſunt in poteſtate, quædam vel in tutela, vel in curatione exiſtunt, tutela triplex, teſtamentaria, cùm in teſtamento tutor datur, filiis filiabus: nepotibus neptibus: ſiue natis ſiue cunceptis, vel a patre, vel a matre, ſed hoc caſu inquiſitio & confirmatio iudicis interuenire debet quandiu autem teſtamentariæ tutelæ ſpes eſt tandiù legitimæ locus non eſt [63] indè Plato in ſuis legibus iubet ratam eſſe tutelæ dationem quæ ex patris teſtamento proficiſcitur. Et teſtamento tutores dantur, ſerui proprij, quo cenſentur libertate donati: ſerui alieni ſed tantum cum liberi erunt ingenui, ſiue patresfam. qui in cauſa tutelarũ patrisfam. locũ obtinent [64] nam in publicis cauſis parentum iura interquieſcere author eſt Gellius. [65] Neq; abſur

60 Diocletian. & Maximian. lib. 8. C. eod. tit. 58. l. 5.
61 Vlpia. lib. 50. ff. de verb. ſig. tit. 16. l. pronuncia.
62 Diocletian. & Maximian. lib. 8. C. eod. titu. 48. l. Mulierem.

TIT. De Tutelis.

63 Vlpi. lib. 26. ff. de teſtam. tutel. tit. 2. l. ſi quis. 2.

TIT. Qui teſtam. tut. dar. poſſ.

64 Pompo. lib. 1 ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. tu. 6. l. filiusfami.
65 lib. 2. cap. 2.

abſurdum videtur eum qui in aliena poteſtate eſt, in alterum poteſtatem habere vt reſpondet Vlpia.[66] Quia id imperio reipu.conſtitutum eſt, quæ in ſuis cauſis filiofamil. ius patrisfam. tribuit,[67] & publica inſtituta, priuata pietate potiora ſunt, dantur & furioſi, ſed cum mentis erunt compotes: minores xxv. annis, ſed cùm maiores erunt, qui omnes ad certum tempus, ex certo tempore: ſub conditione, antè hæredis inſtitutionem, in vniuerſis bonis dantur. Itē alia eſt tutela legitima, quę deficiente teſtamētaria legitimis conceditur hæredibus, qui ſunt agnati vt frater cōſanguineus fratris fili9, vel nepos, filia vel neptis, patruus, patrui filius, filia, nepos, neptis, amitta, ſoror, conſanguinea, quibus agnatis legitima tutela cōceditur, quia ab inteſtato hæredes ſunt. Licèt Solonis lege cautum fuerit, ne is tutor eſſet, ad quem poſt obitum pupilli bona pertinerent teſte Alexand. ab Alexā.[68] verùm ius cognatorum (vt ſunt filius ſororis cōſanguineæ, frater vterinus, ſoror vterina, amitæ filius, omnes qui ex fœmi-

nis

66 libr. 48. ff. de adult. titu. 5. l. ſic euenit.

67 Hermogeni. lib. 36. ff. ad Trebell. tit. 1. l. Nam quod ad ius.

TIT. De legitima agn. tutel.

68 lib. 6. cap. 10.

TIT. De capit. diminutio.

nis conſanguineis deſcendunt) omni capitis diminutione perimitur. maxima, cum quis perdit libertatem & ciuitatem : vt is qui pœnæ ſeruus efficitur, libertus ingratus, is qui ſe vendi paſſus eſt media, cum quis ciuitatem tantùm, non libertatem perdit: vt deportatus,aqua & igni interdictus:minima cum quis ſtatum ſuum mutat : vt filius emancipatus : ſecus eſt in ſeruo manumiſſo, & in remoto a dignitatę caput autem hîc pro iure capitis intelligendum eſt. Item legitimi ſunt tutores,patronus,liberi patroni libertis, libertabusque ſuis pater,ei quem emancipauit.Liberi patris huic emancipato ſunt fiduciarij tutores,ſiquidem: filiiſfam.à patre manumiſsi,pater eſt tutor legitimus,eo verò defuncto,frater tutor fiduciarius exiſtit. 69 cuius ſcilicèt fidei rem aliquam ad tẽpus credimus. Alia denique tutela dicitur datiua,quę locum habet,vel ſi teſtamentaria & legitima ceſſent, quandiù pendet conditio,vel dies, qua teſtamentarius tutor datus eſt, quandiù ex teſtamento non eſt adita hæreditas: quandiù teſtamentarius

T I T.
De legitima patron.tutel.
De le.parent.tut.

T I T.
De fiduciaria tutel.

69 Modeſtin.lib. 26.ff. de legitimi tutel.lib.4.l.4.

T I T.
De attilio tutor.

tarius vel legitimus ab hoſtibus captus eſt:ſed his caſibus ceſſat tutor datus ceſſante impedimento : is olim in vrbe, Rom. à prætore, in prouinciis, à præſidibus autoritate attilij huius plebiſciti authoris, & iullij dabatur hodiè tutorem Romæ creat præfectus, (ſicut a Lutetię obſeruari vidimus, vbi ſolus prætor ſeu præfectus tutelæ dationem habet) vel præſes, in prouinciis ex inquiſitione, quæ quatuor potiſsimũ in rebus verſatur an moribus ſit honeſtis, an locuples, an ſe obtruſerit tutelæ, an pecunia tutelam ambierit, vel eius iuſſu magiſtratus vbique, defenſor, (qui ſindicus quoq; dicitur) [70] cũ antiſtite, ſi pupilli facultates vſq; ad 500. ſolidos valeant illi autem ab his debent ſatiſdationẽ exigere, quos tutores creant, quæquidẽ tutoris creatio eſt meræ, & nudę poteſtatis, à lege conceſſæ, nec mandari poteſt etiam à præſide: [71] eiq; ſoli competit, cui nominatim lex, ſenatuſconſultum, vel princeps dedit. [72] accipit quoque pupillus tutorem à magiſtratu loci, vbi domicilium & facultates habet [73] vel ſaltem

70 Arcadius lib. 50. ff. de muner. & honorib. tit. 4. l. vlt. §. defenſores.

71 Vlpia. lib. 26. ff. de tutor. & curator. dat. ab his tit. 5. l. Nec mandante.

72 Vlp. lib. 26. ff. de tutelis tit. 1. l. Muto. §. tutoris.

73 Antoninus li. 5. C. vbi patant. tuto. tit. 32. l. vni.

ſaltem aliquam earum partem [74] poteſt quoq; petere tutorem à magiſtratu loci in quo habet domiciliũ & partem facultatum ſuarum, licet non ibi natus [75] at tutori conſtituto alter adiungi nequit [76] niſi ipſe tutor petat ſocium velut longè latéque diſsito patrimonio [77] & tum cauſa cognita concedi ſolet [78] ſicut & actor ipſo tutore neceſſariè impedito [79] quem quaſi procuratorem authore prætore conſtituit [80] ſi modo pupillus abſit, quia ſi præſens eſſet, & intellectus capax, procuratorẽ tutore authore ipſe poſſet conſtituere [81] teſtator quoque vni ex pluribus mandandi adminiſtrationem facultatem habet, [82] & hoc caſu Vlpia. ait cæteros eſſe obſeruatores & cuſtodes fore, vt tamen negligentiæ periculum ſubeant ſi non fuerit ſoluendo [83] adeò autem iureconſulti & imp. dationis tutelę ſtudioſi fuere, quia pupillaris ætatis pręcipua cura habenda eſt (vt diligenter admouet diuinus ille

74 Seuerus & Antoninus lib. 5. C. de excuſatio. tut. tit. 62. l. 2.
75 Hermog. lib. 26. ff. de tutori. & cura. tit. 5. l. pupi.
76 Diocle. & Maximian. lib. 5. C. qui dar. tut. poſſ. tit. 34. l. ſi ſororis & tit. qui petant. tuto. 31. l. cũ iurc.
77 Valerianus, & Gallienus libr. 5. C. in quib. caſib. tut. habenti tut. dat tit. 36. l. 4.
78 Papi. lib. 26. ff. de admini. tutor. titu. 7. l. qui poſt. Martia. lib. 27. ff. de excuſationib. tut. ti. 1. l. propter litem.
79 Paul. lib. 26. ff. de adminiſt. tut. tit. 7. l. Decreto. Antoninus lib. 2. C. de procur. tit. 13. l. neque.
80 Diocle. & Maximi. lib. 5. C. de actor. vel curat. a tutor. dãd. tit. 61. l. vnica Papin. li. 26. ff. quand. ex fact. tut. tit. 9. l. Tutor. & Max. lib. 7. C. de Appellatio. tit. 62. l. ſi actor.
81 d. l. neq;. 82 Vlpi. lib. 26. ff. de Apminiſt. tut. tit. 7. l. 3. 83 lib. 26. ff. de ſolutionib. tit 3. l. quod ſi forte. §. 1.

Plato

Plato [84]) nam reip.quam maximè intereſt pupillum habere tutorē [85] quare Seuerus Imperator Vlpio. Rufino ſcribens, gloriatur ſe adhibere omnē. rationem ſubueniendi pupillis [86] qui paſsìm tutorū perfidia ſuis rebus ſpoliātur vt exemplo nobis proſtat grecæ facundiæ princeps ille Demoſthenes, qui ſeptennis Aphobo tutori in opulēto patrimonio nouem nempe millium aureorum relictus, ſic ab improbo tutore depredatus eſt, vt vix ei ſuppeteret, vnde præceptoribus mercedē ſolueret: quamobrem ille ſui tutoris improbitatem vlturus, à fauorabili tutelæ cauſa eloquentiæ ſuæ tyrocinium auſpicatus eſt. Legimus quendā *Schotiæ* regem Malcorinum nomine ſtatuiſſe vt pupilli in regia tutela eſſent, eorumque fructus interim fiſci: idque Regem Henricum ſecundum in Anglia ſecutum teſtus eſt Polyodorus, atqui hodiè quædam eſt in Gallia non raro in vſu tutelæ noua ſpecies Romanis incognita, quam vocant *Garde ou Bail*. At verò tutoris authoritas adeo pupillis eſt neceſſaria, vt ſine ea nihil agere

84 lib. 2. de legi.
85 Vlpian.lib.38. ff. Ad Tertul.tit. 18.l.2.§.tractari.
86 lib. 26. ff. qui petant tutor. tit. 6.l.3.

TIT. De Author.tuto.

agere vel intelligere dicantur. [87] Poſſunt tamen abſque tutore contrahentes obligare, ſed ipſi obligari nequeũt [88] nec extranei adire hæreditatem [89] quia ſic creditoribus & legatariis obligarentur neq; ipſius pupilli confeſsio niſi tutor adfuerit valet [90] ſine quo nõ poteſt iuſiurandũ deferre, [91] nec damnari à iudice, vel arbitro. [92] Et quicquid aduerſus pupillum agitur in iudicio ſine tutore irritum eſt [93] nulla porro & pupilli nunciatio, niſi tutor acceſſerit [94] ſine quo pupillus etiã interpellatus, non conſtituitur in mora, [95] non obligatur ex conſtituta pecunia [96] nihil poteſt aliis promittere, multo minus remittere, ſi quid ei debeatur: [97] vtq; vno verbo expediam neceſſaria eſt ipſius tutoris authoritas, ſi pupillus emere, vendere, locare, conducere, mandare, vel mandatum ſuſcipere, deponere, vel depoſitũ accipere, bonorum poſſeſsionem agnoſcere, vel non agnoſcere velit [98] Quibus omnibus caſibus non ſufficit tutorem poſt contractum celebratum, vel per epiſtolam præſtare autoritatẽ, ſed

87 Papi.lib.22.de iur.& fact.ignor. tit.6.l.vlt.& Cai' lib.40. ff.de manumiſ.vindict.ti. 2.l.vltim.

88 Caius lib. 26. ff.eo.tit.8.l.obligari.

89 Vlpi.lib.29.ff. de acq. hære. tit. 2.l.More.

90 Vlpi.lib.42.ff. de confeſs. tit.3. l.certum.§. in pupillo.

91 Paul.lib.12.ff. de iureiu. tit.2.l. iuſiurandum §.1.

92 Caius libr. 4. ff. de arbitris tit. 8.l.ſi pupillus.

93 Paul.lib.42.ff. de re iudic. tit.1. l.Acta §.fina.

94 Gordian.li.3. C.qui legit.perſ. ſtandi.tit.6.l.1.

95 Vlp.lib.39. ff. de noui oper.nũciatio titu. 1,l.de pupillo.

96 Paul.lib.45.ff. de verb.oblig.ti. 1.l. ſed ſi ex ſtipulatu.

97 Vlp. lib.13.ff. de cõſti. pec.ti.5. l.1.§. de pupillo.

98 Cai' li.2.ff.de

debet præſens eſſe: & quamuis ex ſocietate ſine tutore inita non obligatur pupillus, tamen de communiter geſto negotio tenebitur [99] quemadmodum & ſi quid in rem impenſum fuerit cum eo communem, [100] vel ex delicto, ſi doli ſit capax obligetur [101] cumq́ aliquid ſibi dari ſtipulatur, vel aliter meliorem ſuam conditionem ſine vlla vexatiõe facit, neceſſaria nõ eſt ipſius tutoris authoritas.

TIT. Quib. mod. tutell. finitur.

A qua pupillus, pupillaue, liberantur cum puberes eſſe cęperint: itaque tutela finitur pubertate, quæ eſt in maſculis poſt xiiij. annos completos, quibus Iuſtinian. ſtatim iura pubertatis tribuit [102] hoc enim tẽpus à natura, ad eligẽdum quam quiſque viam viuendi ſit ingreſſurus datũ eſt, (vt ait Cice.) [103] in fœminis poſt xij. annos completos, nam tum Pomponius legitimam forè vxorẽ reſpondit, [104] cum apud virum expleſſet xij. annũ & quandoq; ex aſpectu corporis ætas probatur [105] ac ſepe facies ſupputat annos. ſiuè tutela finitur arrogatione, deportatione, ſeruitute, captiuitate, morte, tutoris vel pupilli [106] ma-

gna

pact. ti. 14. l. contra iuris.

99 Vlp. lib. 17. ff. pro ſocio tit. 2. l. vt in conductionibus.

100 Paul. lib. 10. ff. cõmuni diuid. tit. 3. l. ſi quis cũ.

101 Caius li. 50. ff. de reg. iur. tit. 17. l. pupillum.

102 li. 5. C. quãd. tutor. eſſe deſin. tit. 61. l. fin.

103 1. officior.

104 lib. 23. ff. de rit. nupt. tit. 2. l. 4.

105 Paul. lib. 4. ff. de minorib. 25. annis tit. 4. l. Minor. 25. annis adito.

106 Paul. lib. 27. ff. de tutelæ & rationib. diſtrahẽ. tit. 3. l. niſi finitã.

gna & media capitis diminutione tutoris, minima etiam capitis diminutione pupilli, deficiente tempore, vel conditione, qua tutela facta erat: tutoris remotione, vel excuſatione. atque finita tutela Plato rationem reddi iubet [107] intra quinquennium athenienſiũ legibus conceſſum, in quoquidem negotio duo facienda ſunt, primùm, vt rationes legendas offerat & diſcutiendas, deinde vt reliqua quæ ſuperſunt ex rebus pupillaribus bona fide reddat [108]: nec alterum præſtare ſufficit [109] omniumque rerum quas fecit, aut facere debuit ratio redenda eſt [110] & præſtat dolum & culpam leuem [111] reſtituitque fructus non quos percepit modo, ſed quos percipere potuit [112] interea pupillus cogi nequit vt rationes repoſcat, ac ſuam tutelæ intendat actionem [113] nec ſatis eſt tutorẽ obtuliſſe, niſi depoſuerit conſignatum tuto in loco. [114] Nihilominus ipſis puberibus dantur curatores vſque ad xxv. annos, etiã res ſuas bene gerentibus [115] quo tempore curatio finitur, non antè [116] dantur quoq; & ſurdis, mutis, fu-

107 lib. 9. de leg.

108 Calliſtratus, & Pomp. li. 35. ff. de cõdi. & demõ. tit. 1. l. cũ ſeruus & l. qui ſub conditione. Vlpi. lib. 40. ff. de ſtatu. libe. tit. 7. l. ſtatulibera. & li. 40. ff. de manu. teſta. tit. l. ſi ita.

109 Pom. lib. 34. ff. de liber. leg. ti. 3. l. non ſolum §. is qui reddere.

110 Vlp. li. 27. ff. de tutel. & rationib. diſt. tit. 2. l. 1.

111 Diocletia. & Maxi. lib. 2. C. de neg. geſt. tit. 19. l. tutori.

112 Modeſtin. li. 26. ff. de Admini. tuto. ti. 7. l. ſi ſine §. modeſtinus.

113 Diocletia. & Maxim. lib. 5. C. de vſur. pupil. tit. 56. l. vltim.

114 Marc. lib. 26. ff. de admi. tuto. tit. 7. l. tutor. pro pupillo in fin.

TIT. De curatoribus.

115 Vlpi. lib. 4. ff. de mino. 25. ann. tit. 4. l. 1. in fin.

116 Vlp. d. ti. l. 3.

rioſis, donec morbus ceſſet [117] necnō etiam pupillis, ſi tutor non ſit idoneus [118] aut ad aliquod tempus excuſatus, vel aliqua neceſsitate impeditꝰ.his tamē omnibus inuitis nō datur curator, niſi pro lite [119] quia niſi curatore authore iudicium dictare, ſiue litem intēdere,nec pati poteſt [120] demûm curator additur tutori propter egeſtatem: patrimonium diffuſum: dignitatem: valetudinem: ſenium: locupletatas pupilli res [121] curatorum autem quàm varia ſint genera docet hermogenianus. [122] Ne tamen pupillorum, ſeu pupillarum res conſumantur ,vel diminuantur,ſatiſdatio rem ſaluam forè tum à tutoribus, tum à curatoribus præſtari debet, [123] etiam pignoribus captis niſi vel teſtamento, vel ex inquiſitione dati ſunt, quia teſtamento inſtituti fides,ac diligentia,ſatis teſtata,ſpectataque æſtimatur [124] nam parētes amiciſsimos,& fideliſsimos liberis tutores eligere ſolēt [125] nec minus

117 Vlpi.li.36.ff. de tut.& cur.dat. 5.l. nec mandāte l.is.
118 Pom.li.26.ff. de tut. ti.1.l. ſolet Gord.lib.5. C.de ſuſp. tut. tit.43.l. pietatis. Anto. lib.5.C.de excuſ.tut.ti.42.l. teſtamento.
119 Dioc.& Ma. lib.3. C. qui leg. perſ.ſtād.tit.6.l.2 Anto.li.5.C. qui pet.tut.ti. 32.l.1.
120 d.l.2. C. qui leg.perſ.
121 Dioc. & Ma. lib.5. C. in quib. cauſ.tut.hab.tut. dat.po.ti.36.l.vl. Iul.li.26. ff.de admini. tut.tit. 7.l. quoties.
122 li. 50. ff de mu.& ho.ti.4.l.1

TIT. De ſatiſdationib.

123 Dioc. & Ma. li.5.C.de tut.qui ſati.non dat.titu. 42.l.3.& 4. Vlp.li.27.ff de curat.fur.dand. tit. 10.l. Bonorum.
124 Iuſtinia. lib.5. C.de cur. fur. tit. 70. l. fin. & lib.1.C.de Epiſ.aud. titu.7.l. de creationibus. 125 Paul.lib. 27. ff. de Excuſ.tut. tit. 1.l. Amiciſsimos. Mode.& Vlp.li.27.ff. de teſt.tut.ti.2.l.4.& l. teſtamēto.

perſi

perfidioſum, & nepharium eſt, fraudare pupillum, quem quis in tutela habet, quàm fidem frangere quæ vitam continet, aut ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit, ſicut præclarè à Cicerone dictum eſt [126] his autem caſibus ſi plures ſint tutores, ille præfertur, qui ſatiſdationem offert, vel qui à teſtatore electus fuit, vt adminiſtret: vel ille quem iudex eligit, ſin huiuſmodi ſatiſdationem magiſtratus negligit, tenetur ſi ſit minor magiſtratus, & tutores ſint non ſoluendo: non tenetur ſi ſit præfectus, præſes, prætor.

126 in oratio pro Roſcio comædo.

TIT. De excuſa. tutor.

At variis ex cauſis tutores, vel curatores excuſantur, propter quinque naturales liberos, Non adoptiuos, modo viuant, vel in bello mortui ſint quia pro patria mortui perpetua laude, & gloria viuunt [127] & non tantum qui in poteſtate, ſed & qui emancipati [128] & nedum à tutela, ſed ab omnibus publicis muneribus liberorum numerus excuſat [129] ſeu propter quinque nepotes ex filio, non ex filia natos: propter adminiſtrationem bonorum fiſci [130] aut propter abſentiam reip. cauſa facien-

127 Cic. in plan. & phil 9.
128 Seue. & Ant. li. 5. C. qui num. lib. tit. 66. l. 1.
129 Vlpi. li. 50. ff. de vaca. & excuſ. muner. tit. 5. l. 1. & de muner. & honor. l. 3.
130 Hermo. lib. 27. ff. eod. tit. 1. l. Adminiſtrantes. Alex. lib. 5. C. eo. ti. 62. l. exactores Honor. & Theo. lib. 5. C. qui dar. tut. poſ. ti. 34. l. fi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

dam [131] nam quādiu negotium quod princeps mandauit, gerunt excuſantur [132] & reuerſi à nouis tutelis ac curationibus per anni ſpatiū ſoluti ſunt [133] vel propter aliquam poteſtatem & imperiū in perſona magiſtratus [134] quòd à ſuſcipienda tutela, non autem à ſuſcepta excuſat [135] aut propter litem, quam cum pupillo, vel adulto habet, de omnibus bonis, aut maiore parte bonorum [136] propter tria onera tutelarum plurium pupillorum: [137] & ſatis eſt ſi vna in domo ſunt tria tutelarum onera, ſiuè omnes pater, aut filius, ſiuè partem tantùm ſinguli ſubſtineant [138] trium tamen conſortiū tutelæ, pro vna nunerantur [139] nō enim pupillorum nunerus, ſed negotiorū diuerſitas plures tutelas facit, quādiu indiuiſum patrimonium eſt: item excuſantur ob paupertatem: [140] aduerſam valetudinem [141] literarum ignorantiam, quando quis nec legere, nec ſcribere didiſcit [142] ſi tamen ſit negotiorum expertus, non excuſatur, quāquàm ſecus ſit, ob ignorantiam; qua tutor teſtatorem non agnouit [143] ſiuè

prop

131 Gord.li.5.C. ſi tut. vel cur.rei. cauſ.abe.ti.46.l.1

132 Scæu.lib.27. ff.eo.tit.1.l.Geometræ.

133 Seue. & Ant. lib.5. C.tit.2.l.2.

134 Pau.li.50.ff. de ver.ſig.tit.16. l.poteſtatis.

135 Calli. lib.27. ff. eo. tit.1.l.non tantum.

136 Phil.li.5.C. eo.tit.62.l.ſi vt.

137 Heren.Vlpi. Paul. li.27. ff.eo. tit.1.l.2. l.3. & l. ſi is qui. Seue.& Ant. li.5. C. qui num. tut. tit.69.l.vnic.

138 Vlpi.li.27.ff. eod.tit.1.l. Tria.

139 Vlpi. li.27.ff. eod.tit.l.3.

140 Vlpi.& Paul. lib.27.ff. eo.tit.l. Paupertas. & l. poſt ſuſceptam.

141 D.l. poſt ſuſceptam. Phil. li. 5.C.qui morb.ſe excuſ.ti.69.l.vni.

142 Vlp. eod.tit. ff.l.Athletæ.

143 Modeſt.eod. tit.ff.l.ſpadonem.

propter capitales inimicitias [144] ſtatus controuerſiam à teſtatore motam: ætatem minorem xxv. annis & maiorem lxx. annis [145] ſemper enim ſenectus in ciuitate Rom. venerabilis fuit [146] & hûc ſpectat quòd diſſerit Gellius. [147] quòd ſi minor ante xxv. annos tutor datus ſit; tutelæ periculum ei nõ hærebit: ideo in eius locum dabitur. curator [148] quia ante perfectam ætatem nemo poteſt eſſe tutor quamuis a lege vocatus ſit [149] itẽ excuſatur quis a tutela, propter militiam, ſiue armatam, ſiue togatam, quia militibus tutela & curatione interdictum eſt [150] Grammatici quoque rhetores, philoſophi, excuſantur: [151] & propter tutelã quã aliquis geſsit ab eiuſdem cura poteſt liberari, imo etiam maritus ab vxoris ſuæ cura ſuſcepta ſe excuſare poteſt: [152] modo nondum adminiſtrationem ſuſceperit, quia poſt ſuſceptam, non excuſatur [153] cum maritus ſit rerum dotalium dominus: [154] & ſuperdotalium (quæ paraphernalia dicuntur) legitimus adminiſtrator. [155] ſed eorum bonorum curationem, hîc in-

144 Vlp. eod. tit. ff. l. Athletæ.
145 Heren. eo. ti. ff. l. 2. Vlp. lib. 50. ff. de iure immu. tit, 6. l. 3.
146 Calliſt. lib. 50. ff. de iur. immu. ti. 6. l. ſemper
147 lib. 2. cap. 15.
148 Modeſt. eod. tit. l. non ſolum.
149 Iuſt. lib. 5. C. de leg. tut. tit. 30. l, fin.
150 Phil. li. 5. C. qui dar. tut. ti. 34. l. 4. Ant. li. 6. C. de lega. titu. 37. l. Ab adminiſtratione.
151 Modeſt. eod. ti. ff. l. 6.
152 Papi. lib. 27. ff. de cur. fur. dãd. tit. 10. l. virum. Alex. li. 5. C. qui dar. tut. ti. 34. l. 2. Ant. eo. tit. 62. C. l. 4.
153 Phil. li. 5. C. ſi tut. falſ. alleg. tit. 62. l. 2.
154 Carus & Carin. & nume. li. 3. C. de rei vend. ti. 32. l. Doce.
155 Iuſt. lib. 5. C. de pact. conuent. tit. 14. l. fin.

telligendum, quorum dominium ſibi vxor reſeruauit [156] & eorum ſine procuratione; aut mandato procurator eſſe maritus non poteſt [157] de quo Scęuola diſputat. [158] Item tutela pupilli geſta iuſtam ab eiuſdem adulti curatione excuſationem prebet: [159] neq; enim teſtator eum qui tutelam geſsit, curatorem conſtituere poteſt: ſed qui ſe tutelam recepturum, defuncto promiſit, omnem ſibi excuſandi cauſam præcidit. [160] quemadmodum qui ſe ſua ſponte teſtamento ſcribit, teſtatoris ſuſcriptione confirmatus, neq; excuſari, neq; vt ſuſpectus remoueri poteſt. [161] quinimo a ſententia qua tutela cuipiam adiudicatur minime appellari ſolet, ſed ab ea qua excuſationes reijciuntur, & improbantur [162] inſuper tutores, vel curatores excuſantur, vna excuſatione propoſita, vel pluribus ꝓpoſitis intrà quinquaginta dies ab eo tempore, quo ſe cognouerunt tutores creatos [163] ſi ſint intra centeſimum lapidem ideſt miliare ſi longiore itineris intercapedine diſtent pro quolibet die habent viginti miliaria.

Et

156 Vlpi. lib. 23. ff. de iur. dot. tit. 3. l. ſi ego.

157 Conſt. lib. 2. C. de proc. ti. 13. l. Maritus.

158 lib. 35. ff. Ad falc. ti. 2. l. penul.

159 Vlpi. li. 27. ff. eod. tit. l. Gaius: Diocl. & Max. li. 5. C. eod. tit. l. curator.

160 Modeſt. lib. 27. ff. eod. titu. l. ſpadonem.

161 Papi. lib. 26. ff. de teſt. tut. ti. 2. l. ex ſententia.

162 Modeſt. lib. 27. ff. eo. ti. l. ſcire Diocl. & Max. li. 5. C. tit. 63. l. Tutores.

163 D. l. ſcire l. quinquaginta C. eod. tit.

Et prætereà adhùc intrà triginta dies poſſunt excuſationem proponere, vna verò excuſatione reiecta, alia adhùc poteſt allegari: tamen falſa allegatio nihil prodeſt. Frequens porro obiicitur aduerſus tutores ſuſpecti crimen, quòd à lege xij. tabul. deſcendit:[165] & poteſt à quolibet de populo proponi, etiam à muliere ob pietatem accuſante, quia hæc actio quaſi publica eſt[166] imò à pubere, cuius cura geritur: ſecus ab impubere[167] & poteſt remoueri per prætorem Romæ[168] per præſidẽ, per legatum proconſulis in prouinciis[169] qui omnes iudices remouere ſolent, vel ob dolum & tùm tutor efficitur infamis, vel ob culpam & tùm tutor non fit adeò infamis: vel ob paupertatem, & tùm tutor non dicitur aliqua infamia notari nec ſuſpectus, quia non tàm diuitiarum in tutore, quàm fidei ratio ducitur, & quomodocũque quis tutelam adeptus ſit, teſtamento, lege aut iudicis officio: poteſt in ſuſpitionem vocari[170] qui non ex fide tutelam geſsit, etiam ſi cautionem offerat[171] nec fraude caret qui non præſtat

TIT. De ſuſpect. tutor.

165 Vlp. li. 26. ff. de ſuſp. tut. ti. 10. l. 1.

Cic. 3. offi. plat. quoq; 11. de leg. 166 d. l. 1. §. conſequens. ff. eo. tit.

167 Vlpi. lib. 26. ff. eo. tit. l. Impuberibus. Gord. li. 5. C. eo. tit. 63. l. pietatis.

168 D. l. 1. §. 1. ff. eod. tit.

169 Macer. lib. 1. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. tit. 21. l. penult.

170 Vlpi. li. 26. ff. ff. e. ti. l. 1. & 2. §. 1 Anto. lib. 5. C. eo. tit. l. 4.

171 Vlpi. li. 26. ff. eo. ti. tl. ſuſpectũ.

ſtat eam curam in alienis negotiis, quæ ſuſcipit tuenda, quam in ſuis ſolet [172] dicitur quoque ſuſpectus, qui alimenta pupillo denegat quæ huic tutore præſente decernenda ſunt [173] ſecùs ſi per inopiam: neque paupertas tutorem ſuſpectum facit, ſed mali mores [174] huc pertinet lepidiſsimum Ariſtothe. problêma [175] inſignia quoque apud Vall. Max. [176] huiuſce rei exempla proſtant.

172 Cel. lib. 16. ff. depoſ. titu. 3. l. Quod Nerua.

173 Vlp. li. 10. ff. ep. titu. l. 3. idem Vlp. lib. 27. ff. vbi pup. educ. deb. ti. 2. l. 3. Anto. lib. 5. C. de Alim. pup. præſt. tit. 50. l. 2.

174 d. l. l. ſuſpectũ

175 Section. 18.

176 lib. 4. cap. 4.

FINIS LIB. I.

DIVISIONES IN LIBRVM SECVNDVM IVSTINIANI IMP. INSTITVTIONVM.

SVPERIORE libro de iure perſonarum imperator diſſeruit: nùnc videndum de rebus, ſcilicet cauſis, & reliquis iuribus, [1] quæ in patrimonio noſtro vel extrà patrimonium poſsidentur. Itaque res omnes, aut ſunt corporales, [2] vt homo, fundus, veſtis, aurum: aut incorporales, vt hæreditas, obligatio, ſeruitus, quæ eſt duplex, realis ſeu prædialis, abſque prædiis exiſtere nequiens.

1 Vlpia.lib.5o.ff. de verb. ſig. tit.l. rei appellatione.

T I T. De rebus corporalib.& incorpo.

2 Caius lib. 1. ff. de rer.diu.ti.8.l.

[3] Et eſt aut ruſtica, vt iter, actus, via, aquæductus, aquæauſtus: pecoris ad aquam pulſus, quòd legibus Solonis diligenter cautum fuit, ille voluit, vbi cúmque puteus eſſet, omnes communiter eo vti, qui quatuor ſtadiorum ſpatio diſtarent, nam attica regio fontibus non abundat, vt teſtatur Plutarchus

3 Vlp.lib.8.ff.cõmu.præd.ti.4.l.1.

T I T. De ſeruitutib. ruſticor. prædior.

chus [4] de fontium & aquarum profluentium iure & vſu Plato egregiè ſcripſit in ſuis legibus [5] item ruſticæ ſeruitutis eſt, ius paſcendi, ius calcis coquendæ, ius arenæ fodiendæ, ius cloacæ recipiendæ. Altera ſeruitus dicitur vrbana, vt onus vicini ſubſtinere, ſtilicidium recipere, de quibus Solon leges ſerias tulit, nec grauati ſunt ſapientes Romani id legibus xij. tab. inſerere quia ad public. vtilitatem maxime pertinere intelligebant, proinde Cicero laudat eos qui tanta prudentia omnium rerum, omnia etiam tenuiſsima iura ſunt perſecuti. Item ad ſeruitutem vrbanam ſpectat, altiùs tectum proiicere [6] cuius licet Cicero modum ex Scæuola tradit [7] fas eſt tamen altiùs ædes tollere in infinitum [8] quia liberum eſt cœlum [9] niſi facultas altiùs tollendi, vel non tollendi iure ſeruitutis nitatur. [10] & aduerſus eũ, qui altiùs proiiciendo vicini ædes obſcurat, quibus non ſeruiat, nulla competit actio, [11] ne tamen quis ea, facultate abutatur, cuſtodiendum eſt formam, & ſtatum antiquorum ædificiorum

4 in Solone.
5 8 lib. de legib.
6 Diocl. & Ma. li. 3. de ſeru. & aqua tit. 34. l. Altius.
7 In topic.
8 D. l. Altius & Vlp. li. 8. ff. de ſeruit. vrba. prædior titra. l. cum eo. & papyr. l. imperatores.
9 Paul. lib. 8. ff. de ſerui. tit. 1. l. vlti.
10 Apud Iuſti. §. Æque de Actio.
11 Vlpia. lib. 8. ff. de ſeru. vrb. præ. tit. 2. l. cum eo.

rum [12] omniáque in iure ciuiliter ſunt intelligenda, nam inſolentium hominum libidini indulgendum non eſt. [13] Et ſanè (inquit iabolenus [14]) ædificia quæ patiuntur ſeruitutem altiùs non tollendi, viridaria ſuper eam altitudinē habere poſſunt. At ſi de proſpectu eſt, quia harum ſeruitutum alia eſt luminibus officere vetans, ea impediuntur. Atque hæ omnes prædiales ſeruitutes teſtamento, pacto, aut ſtipulatione conſtituuntur, ſed vt cognoſcamus vrbana, an ruſtica ſit ſeruitus, inſpiciendum eſt prędium dominans, cui ea debetur, nam illius conditionē ſequitur prædium ſeruiens: vrbanorū quoque prædiorum ſeruitutes cenſentur, quarum vſus eſt tantū in ædibus, ſiuè illæ in vrbe ſiuè in agro exiſtant.

[15] Altera eſt perſonalis ſeruitus, quæ itidem abſque perſonis exiſtere non poteſt, vt vſusfructus, qui multis in rebus pars dominij eſt [16] vnde Cice. [17] id cuiúſque eſſe proprium, ait quo quiſque vtitur, & conſtituitur teſtamento, pacto, ſtipulatione [18] in rebus quæ vſu non conſumuntur, pro quibus

12 Vlp. lib. 8. ff. de ſeruit. vrb. præd. tit. 2. l. qui luminibus.

13 Cel. li. 6. ff. de rei vendi. tit. 1. l. in fundo. §. conſtituimus.

14 lib. 8. ff. de ſeruit. vrb. præd. tit. 2. l. Ædificia.

15 Vlp. li. 50. ff. de verb. ſig. tit. 16. l. vrbana prædia.

T I T.
De vſufructu.

16 Paul. lib. 7. ff. de vſuf. tit. 1. l. 4.

17 lib. 7. Epiſtol. ad curium.

18 Caius lib. 7. ff. eod. tit. 1. l. 3.

bus cauetur de vtendo arbitrio boni viri,& de re finito vſufructu reſtituenda in rebus verò quæ vſu conſumuntur,vt vinum,oleum, frumentum, veſtimentum , pecunia numerata : quaſi vſusfructus conſtituitur,pro quibus cauetur de tanto reſtituendo : amittitur, morte [19] negligentia recte vtendi, [20] ſi per tempus conſtitutum aut non,aut male vtatur, ideſt contra præſcriptum modum:velut,qui certis horis aquedu-ctum habens,aliis vſus fuerit nam fructuarius non debet cauſam proprietarij facere deteriorem [21] item amittitur, capitis diminutione [22] ceſsione vſusfructus proprietario non extraneo facta: [23] rei conſolidatione, mutatione, & ceſſatione per decem annos vel viginti,inter abſentes.[24] Vſus verò,qui iiſdem conſtituitur, (nempe in teſtamento, & inter viuos) & finitur modis, quibus vſusfructus,eſt tantùm vtendi ius perſonale; & ad certæ perſonæ neceſsitatem vſúmque acommodatum: neque locari; vendi; gratis alij dari poteſt, prærerquàm hoſpiti, vxori, liberis familia [25] cùm tamen hæc

19 Vlpia.lib.7.ff. quib.mod. vſusf. amit.tit.4.l. ſicut n annos in fin.

20 Iuſti. lib.3 C. eod.tit 33.l. corruptionem.

21 Iuli.li.7.ff.eo. tit.1.l.ſi cuius. §. fructuarius.

22 Caius lib.33. ff.de ann. leg.tit. 1.l.in ſingulos.

23 Pom. li. 23.ff. de iur. dot. tit.3. l.ſi vſusfructus.

24 Vlpia.lib.7.ff. quib mod. vſusf. amitt.tit.4.l.repeti.§.rei.

TIT.
De vſu & habitatione.

25 Vlp.lib.7.eod. tit.8.l.2.

hæc omnia fructuariũ faciat & ſi vſus in pecoribus conſtat, ſtercoribus vti poteſt, non lacte, lana, aquis: hęc enim magis in fructu eſſe labeo ait[26] habitatio quæ dicitur ius in aliena domo habitandi, ab vſufructu & vſu ſeparatum:[27] quia vſus & vſusfructus poſſunt conſtitui in omni re, quæ ſit in pa trimonio, habitatio, in ſola domo locari, atque commodari poteſt,[28] & morte finitur, tanquàm perſonæ cohærens,[29] non capitis diminutione.[30] Omnes autem res aut ſunt cõmunes, vt aer, aqua profluens, mare, ipſius litus in quo tamen factum ædificium eius eſt qui fecit: licet enim piſcatoribus caſam in litore ædificare[31] rerum quoque communium quiſque pro ſua virili parte eſt dominus, cuiuſmodi eſt aer, ſeu aqua pluuia: ſiquidem aeris vſus naturali iure cõmunis eſt omniũ, neque priuatim cuiuſquam proprius fieri poteſt[32] quamobrem aucupari vbiuis poſſum, etiam antè potentiſsimi prædium: & meas ædes quantumuis in ſublime tollere, at profluens aqua apud Iuſtinian. eſt aqua fluminis ne

26 Vlpia. lib. 7. ff. eo. tit. 8. l. plenũ. §. ſed ſi.

27 Iuſti. li. 3. C. de vſuſ. tit. 33. l. cum antiquitas.

28 Vlp. lib. 73. ff. cõmod. tit. 7. l. 1.

29 Vlpi. lib. 7. ff. quib. mod. vſuſf. finit. tit. 4. l. ſicut in annos in fin.

30 Vlp. li. 7. ff. eo. tit. 8. l. habitatio. in princ.

T I T. De Rerũ diuiſio.

31 Caius lib. 1. ff. eod. tit. 8. l. Riparum §. vlt.

32 Vlp. lib. 47. ff. de iuriſ. tit. 10. l. iniuriarum §. ſi quis & cel. li. 43. ff. ne quid in loc. pub. tit. 8. l. 3.

ne ambiguitate aquarum quæ ex fontibus profluũt fallamur, quarum vſus priuatis eſt ꝓprius.[33] & deffert aqua profluens à flumine, tanquàm pars à toto: nam flumen eſt quod integrum fluminis vſum præbet, vt nauigandi, piſcandi, lauandi, potandi: aqua profluens eſt pars quãtumuis tenuis, quæ tantum abluendi & potandi facultatem habet. Aut res ſunt publicæ, vt flumina perennia, portus, ius piſcandi in portu fluminibúſque, quo piſcandi iure prohibitus poteſt iniuriarum agere [34] quia hoc in publico flumine, omnibus competit, publicæ ſunt quóque facultatis, riparum, litorum maris, vſus: ſed riparum proprietas eſt priuata, & eorum quorum prædia flumen alluit [35] aut vniuerſitatis, vt theatra, ſtadia, palatiũ, curia communis: inter publica & ea quę ſunt vniuerſitatis nulla eſt differentia [36] ſed quæ Romæ ciuitatis propria ſunt, & tanquàm in patrimonio populi Rom. (vt loquitur Vlpia.) ea propriè publica nominantur quæ autem aliarum ciuitatum, proprie vniuerſitatis dicuntur, quæ verò Martianus

33 Alex.lib.3. C. de ſeruit. & aqua tit.34.l.4.& l.6.

34 Vlpi.lib.47.ff. de iniur.tit. 10. l. iniuriarũ§.ſi quis

35 Caius lib. 1.ff. eo.tit.8.l.5. Põp. lib.41.ff. De Ac. rer. dom. tit. 1.l. ergo.

36 Caius lib.1.ff. eod.tit.8.l.1.

tianus ſcribit [37] eſſe vniuerſitatis, Tullius ait [38] eſſe ciuibus communia: cuius generis commemorat forum, phana, porticus, vias, leges, iura, ſuffragia, iudicia, Præterea aut quædam res eſſe dicuntur nullius, cuiuſmodi ſunt, ſacræ, velut quòd authoritate non priuata, ſed pontificis, eſt conſecratum, religioſæ item aliæ, vt cœmiteria, nam maiores communes quoſdam ſepulchrorum loculos habebant tanquàm domeſticos, & familiares: vt frequens eſt in iure [39] quæ ſepulchra Romanorum legibus, non in vrbibus, ſed propriis in agris vt fierent cautum erat Vlp. & Cic. teſtibus. [z] Sanctæ, vt muri, pomeria, portæ ciuitatis: [40] quæ vt inuiolatæ eſſent pœna capitis propoſita cautum eſt. [41] Aliæ denique res ſunt ſingulorum: quæ ſic fiunt per occupationem, alluuionem: rerum cõmixtionem, traditionem, ex iuſta cauſa factam, vſucapionem, donationem, ſucceſsionem, & hi ſeptem modi declarantur à principio huius ſecundi libri, vſque ad titulum de obligationibus, primo, per occupationem res noſtræ

C fiunt,

37 li. 1. ff. eo. ti. 8. l. in tantum. §. 1.
38 lib. 1. officior.

39 Caius li. 11. ff. de religioſ. tit. 7. l. familiaria. Phil. lib. 3. C. de religio ti. 43. l. in familiarum.
z lib. 47. ff. de ſepulch. viol. ti. 12. l. 3. & 2. de leg.

40 Caius lib. 1. ff. eo. tit. 8. l. 1. liuius lib. 1. & Halicarnaſeus lib. 2.
41 Pomp. li. 1. ff. eod. tit. 8. l. fin.

fiunt, vt feræ beſtiæ volucres, & piſces, ſiue capiantur, vel ita vulnerentur, vt capi poſsint [42] in proprio vel in alieno fundo, quia venatio non eſt infructu fundi, niſi dominus ipſius fundi ingreſſum impediat, ſeu prohibeat, [43] vel fundi fructus planè ex venatione cõſtet [44] nec enim alicui licet ex leporariis, aut viuariis noſtris, quicquàm capere: ſicut nec in ſeptis principum nemoribus, quæ Græci τοὺς παραδείσους nos (parcs) dicimus. omnium autem ferarum quæ libertate naturali potiantur libera eſt cuíuis, etiam in alieno agro, per occupationẽ acquiſitio: quę libertate illa recuperata ſtatim amittitur: [45] nam fera tantiſpèr occupantis eſt, dum naturalem libertatem non recuperet: [46] & eius fit cuius ſunt canes venatici (quos veteres vertagos vocarunt) qui ipſam feram ceperint. vnde Martialis.

Non tibi, ſed Domino, venatur vertagus acer
Illæſum leporem, qui tibi dente feret.

Porrò apes quæ nullius ſunt per occupationem noſtræ fiunt, & qui apes ex

42 Caius li.41.ff. de acq.rer. dom. tit.1.l. Naturalẽ.

43 Caius li.41.ff. de acq.rer. dom. ti.1.l.quòd enim

44 Iulian.lib.22. ff.de vſuris tit.1. l.Venationem.

45 Caius li.41.ff. de acq.rer. dom. tit.1.l. 1.& 3.

46 d.l. Naturalẽ.

ex arbore fundi alterius, aut fauum ibi ab his factum abſtulerit, non furti tenetur [47] examē quóque apum quòd dominus cum difficultate perſequeretur, occupatione acquiritur. eſt autem examen noua illa apum ſoboles, ad acquirendas nouas ſedes extruſa: deducunt enim & ſuas colonias apes. Item pauones, columbæ, cerui, nobis acquiruntur per occupationem cùm animum reuertendi non habent: ideſt cùm reuertendi conſuetudinem deſierunt habere: [48] ſed gallinæ, anceres, tùm quocúmque in loco ſint, nō fiunt noſtrę per occupationem: contra tamen de his quæ ab hoſtibus capiuntur, & quę in litore maris inueniūtur, ea enim iuregentium, capientium fiūt ſtatìm. Item quæ ex animalibus dominio noſtro ſubiectis nata ſunt, eodē iure noſtra efficiuntur [49] ſi ancilla pregnans venierit, partus erit emptoris, [50] qui non tamen in fructu cenſetur Si ancillæ vſusfructus legatus ſit, licet ceterorum animaliū ſæcùs ſit: de quo pulchrè Alexand. ab Alexand. [51] & Cic. [52] ſed ſi rei obligatæ, vel pignoratæ

47 Paul. lib. 47. ff. de furt. tit. 2. l. ſi apes.

48 d. l. Naturalē.

49 Floren. li. 41. ff. de acq. rer. do. ti. 1. l. quæ ex animalibus. Philippus li. 3. C. de rei vēd. ti. 31. l. partū

50 Venulcius li. 41. ff. de Acq. rer. dom. tit. 1. l. fin.

51 lib. 1. cap. 10.

52 lib. 1. de finib.

ratæ aliquid accreſcit, quòd tempore obligationis non erat, id non obligatum intelligitur:[53] fructus autem animalium ſunt lac, pilus, hædi, vituli, equuli. Atqui noſtros facimus fructus, quos bona fide ex alieno fundo, quē exiſtimamus noſtrum, percepimus & conſumpſimus,[54] vel percepimus tantum, ſi ſimus fructuarij fundi, quia extantes fructus pertinent ad vſufructuarium[55] veruntamen gregis fructuarius in locum mortui animalis aliud reponere debet.[56] Item theſauri eius fiunt, qui eos in loco ſuo, vel caſu fortuito, in loco ſacro, vel religioſo inuenerit, quòd ſi in alieno, dimidiū domino reddere debet:[57] perinde atque ſi in fiſcali, vel publico loco, media pars fiſco vendicatur:[58] Et ſi theſaurus (quem Paul. definit veterem pecuniæ depoſitionem, cuius memoria non extat vt iam dominum non habeat[59]) à defuncto relictus, venit in iudicium familiæ erciſcundæ, ſi ab vno heredum inueniatur[60] & ſi inuenerit vſufructuarius theſaurum in fundo cuius vſumfructum habet, eum nō facict

53 Pau. lib. 20. ff. de pignori. tit. 1. l. Paulus.

54 Diocle. & Ma. lib. 3. C. de rei vē. tit. 3‹. l. Certum.

55. Vlp. lib. 7. ff. de vi‹ f‹. & quemad. quis vtat. ti. 1. l. ſi pendentes.

56 Vlp. li. 7. ff. de vſufru. tit. 1. l. vetus in fin.

57 Triphon. lib. 41. ff. de Acquir. rer. dom. tit. 1. l. ſi is qui.

58 Calliſt. lib. 49. ff. de iure fiſc. tit. 14. l. 3. §. fin.

59 lib. 41. ff. de Acq. rer. dom. ti. 1. d. l. Nunquam.

60 Vlp. lib. 10. ff. familiæ erciſ. tit. 2. l. item labeo.

faciet ſuum, quia theſaurus in fructu non eſt.[61] Secundò, res nobis acquiruntur alluuione,[62] quę dicitur incrementũ latens, vt ſi flumen ex tuo agro, in meum aliquid deiecit paulatim, ita vt intelligere non poſsimus, quantum quoque momento temporis addiciatur[63] hinc alluuius ager, quem ſenſim fluuius in agrum reddit. itáque Pompon. & Alphenus affirmant,[64] ſi paulatim flumen receſſerit, confiniũ eſſe agrum pro alueo à flumine occupatũ: ſin vno impetu, veteri domino relinquendum. neque inundatio per totũ alicuius agrum facta, dominium mutat. nobis porro acquiritur alluuione, ſi inſulam in mari natam occupauerimus[65] ſi verò in flumine nata ſit inſula, illorum eſt, qui propè ripam fluminis prędia habent: ſicut & alueus quem flumen reliquit, quia fluminis ea eſt natura, vt curſu ſuo mutato, aluei cauſam mutet, alueus autem nouus, per quem de nouo fluere flumen cœpit, publicus efficitur, velut & illa inſula publica eſt, quæ ipſa alueo fluminis cohęret, ſed quę virgultis, aut

61 Papi. lib. 24. ff. ſolut. mat. tit. 3. l. Diuortio.

62 Celſ. lib. 7. ff. de vſufru. tit. 1. l. item ſi. §. huic. Gord. lib. 7. C. de Alluuio. tit 41. l. 1. in fin.

63 Gaius lib. 41. ff. de Acq. re. do. tit. 1. l. Adeo. §. 1.

64 lib. 41. ff. de acq. rer. do. ti. 1. l. Ergo & l. Martiꝰ.

65 Caius li. 41. ff. de acq. rer. dom. tit. 1. l. Adeo & l. Inſula.

alia qualibet leui materia ſic ſuſtinetur in flumine, vt ſolon eius non tangat, nec mouetur, ea propemodùm publica, eſt ipſiúſque fluminis inſula cenſetur. [66] Alluuione etiam pignus accreſcit, [67] ſicut & dos: [68] ſic & vſuſfructus. [69] Idem in ſeruitute. [70] rurſus accreſcit, ſi tibi venditur, necdùm traditur, quòd interim per alluuionem acceſsit, cum fundo debetur [71] quia rei principalis naturam ſequitur alluuio. [72] Item quòd nondùm ceſsit, nec debetur, dicitur interim alluuione accreſcere. [73] Et quę actio competit, ad rem petendam, eadem competit ad alluuionem. [74] Idem & de exceptionibus, quę ſi repellunt rem petentem, ſic & alluuionem [75] quia ſequūtur ius fundi: vnde ſoluto matrimonio, alluuio cum fundo reſtituitur. [76] Attamen in agris limitatis, vel militibus aſsignatis, ius alluuionis non habere locum conſtat. [77] Tertiò commixtione res noſtrę fiunt, his modis: ſi aliena ex re confecta ſpecies, ad priſtinam formam reduci poſsit, eius eſt cuius res erat: vt ſi feci vas ex tuo argento, ęrit tuum:

66 labeo li.41.ff. de acq.rer. dom. tit.1.l penultima

67 Mart. li.20.ff. de pig.tit.1.l.fundus. Paul.li.13.ff. de pig.act.tit.7.l. ſi conuenerit.

68 Paul.li. 23.ff. de iur.do.ti.3.l.4

69 Celſ.li.7.ff.de vſuf.tit.1.l.Item.

70 Pomp. lib.43. ff.de Aqua quot. & æſtiu. tit. 19.l. Hoc iure.

71 Paul. li. 18.ff. de per. rei. vend. tit.6.l.Id quod.

72 Vlp. li. 6.ff.de publ.ti.2.l. ſi ego Iulia.lib.26.ff.de Admini. tut.ti.7. l.Quotiens. Arc.& Hon. li.7. C.de alluuio. tit. 41.l.2.

73 Pomp.lib. 30. ff.de leg.1.ti.1.l. Quod in rerum.

74 d.l. ſi ego.

75 Papi. lib.7.ff. de vſufr. tit.1.l.ſi Titio.

76 Vlp. lib.23.ff. de iur.do.tit.3.l. plerúmque.

77 Flor.lib.41.ff. de acq.rer.dom. tit.1.l.in agris.

tuum: quia materia poteſt ſeparari ſin minus, aut ex vtriúſque materia confecta, eſt eius qui effecit [78] neque materię dominus continuò ſpeciei ex ea confectę eſt dominus, aliud enim eſt materia, aliud ſpecies: [79] vel ſi ex tuis vuis vinum feci, erit meũ: quia in his qualitas, non quantitas conſideratur: ſi feci ex tua & mea lana veſtem:aut ſi purpuram tuam veſtimento meo intexui, erit mea. [80] His tamen caſibus refunditur alteri ſuę rei preciũ.Item ſi duorum voluntate res confundentur, erunt communes:ſecus ſi fortuito miſceantur, ſi in meo ſolo ex tuis lapidibus ędificauero, meum erit ędificium, nam ſolo cedit, tanquàm acceſſorium principali: [81] ſed duplum pro tuis lapidibus vendicare poteris: ſin in tuo ſolo, ex meis lapidibus domum ſtruxero, erit tua, quia ſuperficies ſolo cedit. [82] Nec aliquid pro meis lapidibus cõſequar, ſi ſciens alienum ſolon edificaui: ſecus ſi bona fide, tùm materię precium petam. Tria autem requiruntur antequàm res ſint faciẽtis: bona fides: [83] quòd ſuo nomine fecerit [84] & quòd

78 Caius lib. 41. ff. de acq. rer. do. tit. 1. l. Adeo.

79 Paul. lib. 13. ff. de pig. act. tit. 7. l. ſi conuenerit.

80 Paul. li. 41. ff. de aeq. rer. dom. titu. 1. l. ſed ſi ex meis.

81 Vlpi. lib. 34. ff. de aur. & arg. lega. ti. 2. l. cũ aurũ

82 Vlp. li. 9. ff. Ad l. Aquil. titu. 2. l. Qui aurum. Paul. lib. 46. ff. de ſol. tit. 3. l. qui res.

83 Paul. li. 10. ff. ad exhib. tit. 4. l. de eo. §. ſi quis.

84 Pomp. lib. 41. ff. de Acquir. rer. dom. ti. 1. l. quicquid.

res non poſsit ad priorem materiam redire. Itèm ſi alienam plantā in meo ſolo poſui, mea erit, & ſi meā plantam in tuo ſolo poſuero, tua erit, ſi modo vtróque caſu radices egerit: nam antè eius permanet, cuius fuerit: quę locum habent quóque in frumento ſato: quia omnis fructus iure ſoli, non iure ſeminis percipitur. [85] In quo tamen repetuntur impenſę, ſi bona fide ſatum eſt. At fructus naturales, qui hominum facto & cultura naſcuntur, non fiunt bonę fidei poſſeſſoris [86] ſicut autem ſuperficies ſolo cedit, ita & pictura tabulę, necnon ſcriptura chartę, quamuis viliori. [87] habita ſemper bonę fidei ratione, ad impēſas in pictura, vel ſcriptura tabulę factas: ſi verò huiuſmodi oratio in aliena tabula, aut charta talis eſt, qualis illa Iſſocratis, quę triginta talentis exiſtimabatur: aut ſi eius gratię carmen, cuius illi viginti verſus virgiliani. [88] pro quibus ſingulis dicitur recepiſſe octaua dena ſextertia. quid denique ſi huiuſmódi commentarij, quales illi Plinij, quos Largio Licinio vendere noluit quadringentis

ſext

85 Iulia. lib. 22. ff. de vſu. tit. 1. l. qui ſcit in prin.

86 Pomp. lib. 22. ff. de vſur. tit. 1. l. fructus.

87 Caius lib. 41. ff. de Acq. rer. do. l. Qua ratione. §. literæ. paul. lib. 6. ff. de rei vend. tit. 1. l. in rem. §. ſed & id. Vlp. lib. 10. ff. Ad exhi. tit. 4. l. 3. §. penult.

88 lib. 6. Æneid.

ſextertiis, hoc eſt circitèr decèm aureorum coronatorum millia. His caſibus ſat erit me tuę cartę, aut tabulę tibi precium ſoluere. Quartò cùm traditionibus, nō nudis pactis, rerum domina transferantur, [89] per traditionē iuregentium res noſtrę fiunt, [90] ſiue alienę, ſiue ſtipendiarię, ſiue tributarię, modo ex iuſta cauſa tradantur. [91] Sunt autem iuſtę cauſę, ſi ex donatione liberali, legato, ob cauſam, emptione, dote, ſtipulatione, permutatione, contractu innominato, tradantur à domino, vel ab alio domini voluntate, ſiue tibi tradam, ſiue ex alia iuſta cauſa habere rem patiar: ſi mercium in horreo recunditarum claues tradam, [92] ſi rem pro derelicto habeam, quā alius occupauit: nam res pro derelicto habita, quamuis à nemine adhuc aprehenſa ſit, domini eſſe deſinit. [93] & omnibus in rebus quę dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex vtráque parte contrahentium: [94] nam vt recte ſcripſit Cic. [95] hęc firmiſsima fundamēta noſtrę ciuitatis, ſui quemque iuris & dimittēdi eſſe dominium.

C 5 Non

89 Dioc. & Max. lib. 2. C. de pact. tit. 3. l. Traditionibus.
90 Caius lib. 41. ff. de Acq. rer. do. tit. 1. l. Qua ratione. §. hæ quoque.
91 Paul. lib. 41 ff. de Acq. rer. do. ti. 1. l. Nunquam.
92 Pap. lib. 18. ff. de contrah. emp. tit. 1. l. Clauibus. Paul. lib. 41. ff. de Acq. poſſ. tit. 2. l. 1. §. penult.
93 Iabole. lib. 46. ff. de ſtip. ſeruor. ti. 3. l. quod ſeru⁹.
94 Iabo. lib. 44. ff. de oblig. & acti. tit. 7. l. in omnib⁹
95 Pro Cecina.

Non tradita verò intelliguntur, ſi tantum rem promiſi, ſi venditor tradiderit, qui neque precium rei venditę rèceperit, neque emptoris fidem ſecutus ſit.[96] Item ſi quid in mare deieci leuandę nauis gratia, & illud fuerit per alium occupatum: ſi quid de curru ceciderit, quòd ab alio fuerit occupatũ: ſiquidem vt Cice. elegantèr docet:[97] non minus noſtra ſunt, quę animo cõplectimur, quàm quę oculis intuemur: adeò vt qui quòd leuandę nauis cauſa iactum eſt, quódve de rheda decidit, lucrandi animo aufert, furti obligatur[98] non ſi naufragio amiſſum ſit, nam ſtatim noſtrum eſſe deſinit: & ne furti teneamur, his caſibus Vlpianus conſulit,[99] vt inuentor libellum proponat, continentem ſe inueniſſe, vtq; petenti reddat: quòd & olim Romanos in caſtris obſeruaſſe, Polybius ſcribit.[100] Ioſephus quóque non diſsimilem commemorat apud Iudęos legẽ. Quinto res noſtrę efficiuntur, vſucapione, hoc eſt acquiſitione per vſum longi temporis iure ciuili inſtituta[101] quę locum habet, ſi alienam rem mobilem

96 Pomp. lib. 18. ff. de contrahen. empt. ti. 1. l. quod vendidi. Vlpia. lib. 14. ff. de trib. act. tit. 4. l. procuratoris. §. ſed & ſi

97 lib. 5. Epiſt. ad Attic.

98 Vlpi. & Iab. li. 41. ff. de acq. rer. dom. tit. 1. l. Pomponius & l. quæcumque.

99 libr. 47. ff. de furt. ti. 2. l. falſus.

100 lib. 6.

TIT. De vſucapionib.

101 Modeſt. lib. 41. ff. eo. tit. 3. l. 3.

bilem ex aliqua cauſa, quã iuſtam eſſe putamus per triennium poſsideamus: ſufficit autem ab initio nos putare habere iuſtã cauſam poſsidendi: immobilem per decem annos, dominis preſentibus, vel ſi per viginti annos illis abſentibus aliqua ex cauſa, quam putamus iuſtam, poſſederimus, quia vſucapionis fundamentum eſt poſſeſsio [102] nec mala fides poſtea ſuperueniẽs nocet: ſic tamen de vſucapione Cice. diſſerit [103] lex (inquit) iubet vſum & authoritatem fundi eſſe biennium. cuius biennij meminit Plinius: [104] & Iuſtinianus. [105] Item ſi hæres rem alienam alicui ex iuſto titulo traditam vſucapiat: ſi ancillę fructuarię partus alienatus ſit: [105] ſi rem alienã ab imperatore, vel fiſco ex cauſa quã iuſtam putamus, habeamus: quia per quadriennium illam vſucapimus [106] ſed locum non habet vſucapio, in re ſacra, religioſa, libero homine, & ſeruo fugitiuo [107] ſicut nec in re furtiua, [108] vel vi poſſeſſa, ſiue à fure, vel ab alio qui rem à fure habet, niſi rei vitium fuerit ablatum quòd accidit, cùm ea in domini

pote

102 Licin. Rufin. li. 41. ff. de vſucapionib. ti. 3. l. ſine poſſeſsione.

103 pro Cecina.

104 lib. 5. Epiſto.

105 libr. 3. C. de vſufruct. tit. 33. l. corruptionem. Et de ſeruit. titu. 34. l. penult.

105 Paul. lib. 41. ff. eod. tit. 3. l. poteſt in fin.

106 Conſt. lib. 7. C. de quad. præſ. tit. 37. l. 1.

107 Caius li. 41. ff. eod. tit. 3. l. vſucapionem. Dioc. & Max. lib. 6. C. de ſeru. fug. tit. 1. l. 1.

108 Iul. lib. 41. ff. eod. tit. 3. l. Non ſolum. §. fin.

109 Paul. lib. 41. ff. eod. tit. 3. l. 4.

poteſtatem rediit [109] res autem aliena immobilis furtiua eſſe nequit, ideóque alienata vſucapi poteſt neque etiã ſi aliena res in hęreditate reperta bona fide ab hęrede vẽdatur, idcirco furtiua efficitur [110] nec res fiſci vſucapitur [111] niſi ſit aliena ex ab ipſo fiſco capta, quia hoc caſu quinquennio vſucapi poteſt. [112] Item bona vacantia, poſtquàm fiſco denunciata ſunt non vſucapiuntur.: idem & res quas ego me iuſto titulo poſsidere falſo arbitror, nunquàm enim in vſucapionibus iuris error poſſeſſori: prodeſt [113] neque iuſti tituli opinio, ſed iuſtus titulus vſucapionem parit [114] at ſi res legata tradita eſt, idque bona fide accipienti, Pomponius ſcribit poſſe vſucapi. [115] Sextò res nobis acquiruntur per donationem, ſiue ea cauſa mortis fiat, quę dicitur cùm mortis periculum ipſius donationis cauſa eſt: vt ſi in militiam eundum ſit, ſi peſtis graſſetur, ſi periculóſa peregrinatio, vel nauigatio ſuſcipienda eſt: & huiuſmodi donatio tribus caſibus fit irrita, ſi donator ſaluus euaſerit: ſi eũ pœnituerit: ſi donatario

110 Caius li. 41. ff. eo. ti. 3. l. poteſt

111 Modeſti. lib. 41. ff. eod. titul. l. Quamuis. Alex. lib. 7. C. cõmu. de vſu. tit. 30. l. 2.

112 Dioc. & Ma. lib. 2. C. ſi aduer. fiſc. tit. 37. l. vlti.

113 Paul. lib. 41. ff. eo. tit. 3. l. Nunquam.

114 Vlpi. & Papi. lib. 41. ff. eo. tit. 3. l. Celſus & l. pen. Paul. li. eo. ff. pro don. tit. 7. l. 1. Iulian. li. eo. ff. pro derel. tit. 8. l. Nemo. Paul. & Papi. lib. eod. ff. pro legat. tit. 9. l. 2. & 3.

115 lib. 41. ff. pro ſuo tit. 11. l. 4.

TIT. De Donationib.

natario

natario ſuperuixerit [116] donator vero pœnitere cenſetur, ſi rem donatam ſponte alienauerit [117] ſiue ſit donatio inter viuos, ſed debet confirmari à iudice ſi excedat 500. coronatos [118] & hodiè omnis donatio debet inſinuari. [119] quæ poſt decennium non poteſt reuocari, niſi ob quinq; cauſas: [120] nempè propter atroces iniurias: propter manus impias illatas: propter illatum capitis periculum: propter inſigne damnum datum: & non ſeruatas leges donationi appoſitas: fitque hæc donatio ſolius liberalitatis gratia, ſiue ſit donatio propter nuptias, quæ vel antè matrimonium, & tota ab euentu matrimonij pendet [121] vel poſt matrimonium: vel illo conſtante conſtitui, ſeu augeri poteſt. [122] Et aliquandò fit, vt qui dominus ſit, alienandi poteſtatem non habeat: nam maritus quamuis rei dotalis dominus dicatur, eam tamẽ alienare nequit, licet mulier conſentiret: [123] néque creditor pignus, niſi hoc pactũ ſit [124] aut debitor ſe venditurum denũciauerit: poſtq; denunciationem elap

116 Iulia. lib. 39. ff. de mort. cauſ. donatio. tit. 6. l. ſi mortis & l. ſeq. Idem lib. 12. ff. de reb. cred. titu. 1. l. Non omnis.

117 Vlp. lib. 24. ff. de don. inter vir. & vxor. tit. 1. l. cũ hic. §. Maritus.

118 Iuſt. lib. 8. C. de dona. tit. 54. l. penul. in fin.

119 Conſtan. lib. 8. C. eod. tit. 54. l. lata.

120 Iuſt. lib. 8. C. de reuoc. don. ti. 56. l. fin.

121 Alex. li. 5. C. de don. ante nup. tit. 3. l. 2.

122 Iuſt. lib. 5. C. de don. ante nup. tit. 3. l. ſi cõſtãte.

TIT. Quibus alienare licet vel non.

123 Iuſt. lib. 5. C. de rei vxor. act. tit. 13. l. 1. §. & cũ.

124 Vlp. li. 13. ff. de pig. act. tit. 7. l. ſi couenerit prima Alex. li. 8. eo. de pact. pign. tit. 35. l. 1.

elapſum fuerit biennium [125] item pupillus ſine tutoris authoritate nihil alienare poteſt, [126] niſi quatenus factus eſt locupletior, ideſt, non pauperior [127] quē néque abſque eadem authoritate ſoluere poſſe cautum eſt cū ſine ea nullius rei alienatio ipſi conceſſa ſit. [128] Atque non tantum nobis acquiri per noſmetipſos indubitati iuris eſt, verumetiā per eos, quos in poteſtate habemus, quóſque bona fide poſsidemus. [129] filij tamen peculium ſi caſtrenſe ſit, ſibi: ſi profectitium, patri: ſi verò aduentitium, patri, quoad vſumfructum, ſibi, quoad proprietatē acquirunt: quòd filij familias peculiū dicitur pecuniola ei a patre conceſſa: [130] cuius quatuor ſunt ſpecies, caſtrenſe, quòd armatæ militiæ gratia, tùm in caſtris, tùm etiam alibi adeptus eſt [131] quaſi caſtrenſe, quòd in toga parauit: vt in forenſi opera, vel in profeſsione artium [132] profectitium quòd à patre accepit: aduentitium, quòd ab extraneis. Non ſolum autem poſſeſsio, [133] per eos quos habemus in poteſtate, ſed etiam proprietas, & vſucapio [134]

nobis

125 Iuſt. lib. 8. C. de iur. dom. imp. tit. 34. l. fin.
126 Iul. lib. 12. ff. de reb. cred. tit. 1. l. Non omnis. Vlp. & Pau. li. 46. ff. de ſolu. tit. 3. l. quod ſi. & l. pupillo.
127 Mar. li. 46 ff. de ſolut. titu. 3. l. in pupillo.
128 Marr. lib. 41. ff. de acq. rer. do. tit. 1. l. pupillus.

TIT. Per quas perſon. nob. acquir.

129 Caius li. 41. ff de acq. rer. do. tit. 1. l. acquiritur.
130 Vlpi. & Celſ. li. 15. ff de pecul. tit. 1. l. depoſiti. & l. ſequen.
131 Macer. li. 49. ff. de caſtr. pecul. tit. 17. l. caſtrēſe.
132 Iuſt. lib. 3. C. de inof. teſt. titu. 28. l. vltim.
133 Iabol. li. 41. ff. de acq. poſſeſſ. ti. 2 l. quod ſeru'.
134 Paul. lib. 41. ff. de vſucap. titu. 3. l. Labeo.

nobis acquiritur. Et qui filium emancipat, quondam tertiam bonorum illius partem, quoad proprietatem, hodiè dimidiam quoad vſumfructum acquirit.[135] Item domino etiam ignoranti, & inuito, acquirit ſeruus,[136] qui inſtitutus non poteſt hæreditatem adire, niſi iuſſu domini: in quo ſeruo ſi vſumfructum habemus, acquirit nobis ex re noſtra & ex operis ſuis: Ex aliis rebus, acquirit proprietario: per liberas perſonas, vti per procuratorē acquiritur nobis poſſeſsio, dominiū, vſucapio:[137] etiam ignorantibus. Septimò & vltimò acquirimus per ſucceſsionem, quæ eſt duplex, ex teſtamento, & ab inteſtato: per arrogationem, per additionem bonorum, libertatum conſeruandarum cauſa factam: ſed priori loco dicendum, de his quæ nobis obueniunt ex teſtamento, quòd antiquitus fiebat in pace calatis comitiis: id eſt vocatis bis in anno comitiis: nam huiuſmodi teſtamenta ſic in populli conuentione fieri conſueuerunt: quæ autem Romanis fuerint comitia centuriata, quæ armata, & quæ calata docet

135 Iuſt. lib. 6. C. de bonis quę lib. tit. 40. l. cū oportet.

136 Caius li. 41. ff. de acq. rer. do. titu. l. 1. l. Etiam. Iulia. lib. 45. ff. de verb. oblig. tit. 1. l. ſeruo.

137 Papin. li. 41. ff. de Acq. poſſeſ. tit. 2. l. poſſeſsio. Seuerus & Anto. lib. 7. C. de Acq. & retinend. poſſ. tit. 32. l. 1.

TIT. De teſtam. ordi.

docet Alexand. ab Alexand. [138] vel fiebat teſtamentum in bello, quòd pro cinctum dicebatur: ac denique per æs & libram, nempè per familiæ, ſeu hæreditatis emãcipationem hoc eſt imaginariam venditionem: de quibus teſtamentorum generibus Gellius pulchrè ſcribit. [139] Licet autem Cic. [140] aſſerat, nihil eſſe in actis priuatis grauius teſtamento, atque ſupremo hominum iudicio, quòd exitum habere, quammaximè reip. expedit, [141] tamẽ prudentes Rom. ratam non habuere teſtatoris voluntatem, quæ aliquam defuncti inſaniam argueret, [142] vel lẽgibus aduerſaretur, [143] in quam ſententiam refert egregiè Plato. [144] teſtatorum aduerſus legunlatores querimonias. hodiè fit teſtamentum aliud in ſcriptis, ſiue in charta, ſiue in tabula ſcribatut: ſed hoc caſu requiritur ſeptem teſtium ſubſcriptio, qui ſubſcribant ſi teſtamento adfuiſſe. [145] Aliud nuncupatiuum: quòd fit ſola nuncupatione. vtrúmque ſeptem efflagitat teſtes: quorum conditio tantùm tempore teſtamenti eſt conſideranda. [146] hi autem

138 lib. 4. cap. 3.

139 lib. 15. ca 27.

140 Philippica. 2.

141 Paul. lib. 29. ff. quemadmo. teſtam. aperianr. ti. 3. l. vel negare.

142 Modeſt. lib. 28. ff de cõditio. inſti. tit. 7. l. Quidem in ſuo.

143 Pomp. li. 30. ff. de leg. 1. tit. 1. l. Nemo. poteſt.

144 Dialog. 2. de leg.

145 Theodoſ. & Valen. li. 6. C. eo. tit. 23. l. hac conſultiſsima & iuſtin. l. penult.

146 Vlp. li. 29. ff. eod. tit. 1. l. ad teſtium.

autem teſtes in teſtamento eſſe non poſſunt:mulier, impubes, ſeruus, niſi communi opinione liber habeatur, furioſus, niſi cùm habet dilucida interualla:mutus,qui nihil poteſt loqui,ſurdus, qui nihil audit, prodigus, cui bonis eſt interdictum: filius in patris teſtamento,[147] licet in teſtamento alieno filius & pater teſtes eſſe poſsint: vel plures eiuſdem familiæ:neque hęres, in teſtamento in quo ſcriptus eſt. Legatarius verò,& fideicommiſſarius ſemper teſtes adhiberi poſſunt:[148] quia iuris ſucceſſores non ſunt. Sed hæc tam diligens teſtamentorum obſeruatio, militibus quandiu in militia ſunt,ob eorum imperitiam, principalibus conſtitutionibus remittitur. nam ſiue ſint in conflictu belli, non tenentur ſolemnitatem obſeruare, modo conſtet,quod teſtari voluerint: & hoc teſtamentum etiam per annum poſtquam à militia miſsi ſunt,valet[149] ſiue extra conflictum, & tùm communi iure teſtari debent[150] neque mortis, ſed teſtamēti tempus ſpectatur:[151] ſiue antè militiam conditum valet,mo-

Qui teſtamento tutores eſſe non poſſint.

147 Vlpi.li.28.ff. eod.titu.1.l. Qui teſtamento.

148 d. l. Qui teſtamēto Martia. lib.34.ff.de rebus dubiis titu. 5. l.ſi quis ita.

TIT. De Militari teſtament.

149 Macer li.29. ff.eo.ti.1.l.teſtamenta eorum.

150 Iuſt.lib.6.C. eod.tit.21.l.pen.

151 Vlp.li.28.ff. de teſtam.tit.1.l. is cui.

do poſtquàm in conflictu ſunt, durauerit eadem voluntas.[152] ſiuè ſint ſurdi, muti filiifamilias.[153] Idem & qui quaſi caſtrenſe peculium habent, & ſi filiifamilias ſint, iure communi teſtari poſſunt, vt ſacerdos, clericus, aduocatus.[154] atque duos tantum obſeruaui locos pandectarum, in quibus, quaſi caſtrenſis menſio fiat peculij, ab Vlpiano.[155] Neque tamen teſtamẽtum facere poſſunt, qui ſunt in aliena poteſtate, ſiuè liberi,[156] niſi de caſtrenſi peculio:[157] ſiue ſerui: neque impubes,[158] ſiue moriatur impubes, vel pubes: neque furioſus,[159] ſiue in furore, ſiue poſt furorem decedat: valet tamen ante furorem factum. neque prodigus, ſed quòd fecit antequàm illi bonis interdiceretur valet:[160] nec ſurdus, qui omnino non audit: aut mutus, qui nihil loquitur, nam natura ſurdus, aut mutus teſtari non poteſt:[161] ſicut nec cœcus vtróque lumine priuatus, niſi habeat octo teſtes. Nec captus ab hoſtibus: ſed quòd fecit antè captiuitatẽ valet: neque de ſtatu ſuo incertus,[162] excõmunicatus, hæreticus, bannitus, de

152 Vlpi. li. 29. ff. eo. l. in fraudem.
153 Vlp. & Mart. lib. 29. ff. eo. tit. l. 4. & l. Miles.
154 Leo & Anthen. lib. 1. C. de epiſ. & cle l. ſacr. Hono. & Theo. lib. 1. C. de Aſſeſſ. tit. 52. l. velut.
155 lib. 36. ff. Ad Trebel. tit. 1. l. 1. §. hoc & li. 37. ff. de collat. bon. ti. 6. l. 1. §. nec caſtr.

TIT.
Quibus non eſt permiſſ. fac teſtamentum.

156 Caius li. 28. ff. de teſtam. ti. 1. l. qui in poteſtate.
157 Iuſt. lib. 6. C. de teſtam. ti. 23. l. penult. & fin.
158 Vlpi. li. 27. ff. de teſtam. tit. 1. l. qua ætate.
159 Martia. li. 5. ff. de inof. teſt. ti. 2. l. 2. in fin.
160 Vlp. li. 28. de teſta. titu. 1. l. is cui lege.
161 Caius li. 28. ff. de teſt. tit. 1. l. q in poteſtate in fi.
162 Vlpi. li. 28. ff. de teſta. tit. 1. l. de ſtatu.

contra cenſuerunt. neque hæc ſuperior obſeruatio ſufficit, ſed qui filium habet in poteſtate, curare debet eum inſtituere, vel exhęredare nominatim, quòd fit, ſi exhęredati nomen, prœnomen, cognomen, & agnomen, aut aliquod aliud artificij nomen, exprimatur. [163] ſi filium vel filios exhæredet, & vnicum tantum habeat filium: ſi ex vxore natum, vel natos exhæredet, & vnicus natus ſit: ſi inter cæteros, vt ſi filios exhæredet & plures filios quos non inſtituerat, habeat: ſi filium exhæredet, cùm plures habeat filios. filiæ olim inter cæteros exhæredari poterant, hodiè nominatim exhęredari debent: nã maſculi & fœminæ eodẽ iure cẽſentur, in ſucceſsione teſtamẽtaria. [164] poſthumi olim nominatim exhęredãdi erãt, nũc exhęredari nõ poſſunt, quia parenti aliquem ex liberis exhæredare, vel præterire non licet, niſi is probetur ingratus, vel nominatim ingratitudinis cauſas teſtamẽto inſerat: [165] nempè aliquam ex quatuordecim, [166] ſed crudele videtur, eum qui non

De Exheredatio liberor.

163 Vlpi.li.28.ff. de libe. & poſth. tit.2.l.1.

164 Iuſt.lib.6.C. de lib.præt.ti.28. l.Maximũ viciũ. & in Nouell.conſtit.quib.mod.na tur.effi.ſui tit. 1. coll.7.§. Non autem.

165 Iuſt.lib.6.C. de liber.præt.tit. 28.Auth.Non licet.

166 Iuſt.in noue. conſti.vt cum de appellat. cognoſcit.coll.8.tit.12. §.cauſas & gloſ. cap. quintauallis de iureiurand.

167 Iuſt.lib.3.C. de inoffi.teſtam. tit.28.l. ſi quis in ſuo §. legis auté.
168 lib.7.cap.7.
169 Scæuola lib. 28. ff. de liber.& poſthu. titu. 2. l. Gallus Iuſt. li.8. C.de Adopt.titu. 48.l.penulti.§. in filio.
170 lib.7. cap.7.

ſentit ingratum haberi. [167] vnde Valerius refert, [168] Auguſtũ iuſsiſſe Tectium infantem à patre exhęredatum ſtatim ire in bona paterna, à quibus erat iniuria repulſus. Item nepotes ex filio vel inſtitui, vel exhęredari nominatim debent [169] ne ſi prætereantur, filio mortuo teſtamentum rumpant: filij emancipati iure ciuili poterant præteriri, iure prætorio nominatim debent exhæredari: filij adoptati durante adoptione, vel ea ſoluta, à patre naturali exhæredari debent. Quare Valler. Maxim, [170] ſcribit M. Anci Carſeolani æquitis Rom. filium, à Suffenate auunculo adoptatũ reſcidiſſe apud centumuiros teſtamentum patris naturalis, in quo præteritus erat. poſſunt etiam præteriri, & hi vel iure ciuili dicunt nullum teſtamentum, vel iure prætorio, illud per bonorum poſſeſsionem cõtra tabulas rumpunt, niſi à matre, vel à milite ſciente prætereantur, hoc eſt nec inſtituantur, nec exhęredentur, quorum præteritio pro exhęredatione habetur. neque tamen poſthumus præteritus teſtamentum

rump

ſuperſtite r
ortem patr
non reſtitui
[172] ſi partus
m, vel proc
eri qui cont
rocreantur
les poſſunt
loptiuí, em
nuis priſca
hæreditates
am poſtea S
m ius teſtar
os nunquàn
acere poſſu
n: ſeruum p
e, ſiue abſ
s: [177] quia
itur, niſi a
ur etiam ſi
i, & hic de
editatem: 8
aerit partes
[78] qui ſecu
ſuccedunt,
ſis, æqualit
x quartis p

perinde eſt atque ſi ex tribus inſtituerētur: ſi quatuor inſtituuntur ex tribus partibus, perindè eſt atque ſi ex quatuor partibus inſtituerentur: ſi inſtitueantur aliqui cum partibus, reliqui ſine partibus inſtituti, in id quòd hæreditatis eſt reliquum, ſuccedūt. Quòd ita cognoſcitur, ſi partes minores, quā 12. exprimantur in inſtitutione, reliquum erit, id quòd ſupereſt, vſque ad 12. partes. ſi verò partes plures ſint 12. reliquū ſit vſque ad 24. partes, in quas hęreditas erit diſtribuenda: de quibus hæreditatis ſeu aſsis partibus elegantèr diſſerit Alexand. ab Alex. [180] purè etiam poteſt inſtitui, ac in diem certū, puta quandò erit capax [181] ſed ex certo die puta, poſt paſcha, & ad certum diem, puta, vſque ad paſcha, inſtitui non poteſt. ſed reiecto tempore, dicitur purè inſtitutus, velut. Quóque ſi ſub conditione vna, quæ ſit impoſsibilis, reiicitur, & pura habetur inſtitutio: ſi verò ſub pluribus cōditionibus, quæ ſint copulæ, omnibus parendum: ſi alternatiuæ, ſufficit vni parere, [182] obiter interim hic notandum moribus

180 lib. 1. cap. 1.

181 Modeſtin. li. 28. ff. eo. tit. 5. l. in tempus in princ.

182 Paul. li. 28. ff. de conditio. inſt. tit. 7. l. ſi hæredi. Scæuola li. 45. ff. de verb. ob i. tit. 1. l. ſi quis. Iul. li. 34. ff. de reb. dub. tit. 5. l. ſi is qui. §. cum ita.

liberam hæredum inſtitutionem, niſi in his bonis, quæ patrimonij iure non cenſentur: quia patrimonij certus eſt, ac legitimus hæres, quem non licet mutare. Sed non tantum hæredes teſtamento fieri poſſunt primo loco, verum etiam & ſubſtitui ſecundo, vel tertio loco vulgariter, hoc modo ſi hæres non eris ideſt eſſe non poteris vel nolueris ſubſtituo tibi ſeium poſſunt autem hæredes ſubſtitui ſinguli, ſingulis, plures pluribus: plures vni, & vnus pluribus [183] fit quóque vulgaris ſubſtitutio inuicē ſubſtitutis: & tùm ſubſtitutionum partes ſunt ſimiles partibus inſtitutionum, niſi aliter teſtator expreſſerit. Aliquandò hæredis ſubſtituto, quo caſu vtríque ſuccedere licet. [184] Item ſeruo, qui putabatur liber inſtituto, eius ſubſtitutus vna cùm illo pro æquali parte ſuccedit. quòd ſi vtrique inſtituto aliquis fuerit ſubſtitutus, altero mortuo, exiſtit conditio, pro parte defuncti: nam ſubſtitutio eſt potior iure accreſcendi, & coniunctò hæredi præfertur ſubſtitutus. [185] vulgaris

TIT. De vulgar. ſubſtitution.

183 Martian. lib. 28. ff. eod. tit. 6. l. poteſt.

184 Iulian. li. 28. ff. eo. tit. 6. l. ſi Titius cohæredi.

185 Vlpi. li. 37. ff. de bonor. poſſeſ. ſecund. tab. ti. 11. l. 2. §. ſi duo. Iuſtinian. li. 6. C. de caduc. tollēd. l. vni. §. in primo.

garis autem & pupillaris quadruplex eſt differentia:nam pupillaris huic tan tum ætati, vulgaris, cuiuis fieri ſolet: pupillaris, ſolis filiisfam. vulgaris, cuiuis, ſiue filiofam. ſiue emancipato, ſiue extraneo: pupillaris, hæredem filiofa. deſignat, vulgaris teſtatori, pupillaris propriè ſubſtitutio, vulgaris propriè

TIT. De pupillari ſubſtitutio.

inſtitutio eſt. Cùm autem pater pupillari ſubſtitutione teſtamentũ filio ſcri bit, ei licet de re filij propria & aliunde quam à patre ſibi queſita ſtatuere: nam qui pupillariter ſubſtituitur, non patri, ſed filio hæres attribuitur. ex quo poteſt intelligi quid iuris in ea cõ trouerſia ſtatui poſsit, quam Cic. protulit[186] vbi quis pupillum hæredem fecerat, eíq; pupillariter ſubſtituerat, interea bona quędam aduentitia pupillo obueniunt: queritur eo impubere mortuo, ad quem hæc aduentitia pecunia pertineret: reſpõdetur ad ſubſtitutum: non ad agnatos. eadem queſtio proponitur à Iaboleno,[187] vbi pupillus cui a patre aliquis ſubſtitutus fuerat, à paterna quidem hęreditate abſtinebat, aduentitiam autem complete

186 lib. 2. de inuention.

187 lib. 42. ff. de priuilegiis creditor. tit. 6. l. paterfamilias.

tur ſubſtitutus hęres eſſet: quærebatur an idcirco paternis creditoribus actio in iſtum competeret, quòd vnum eſſet teſtamentum : reſpondetur propterea non dari, quia duę ſunt hęreditates inter ſe diſsimillimę diuerſiſque ex fontibus promanantes. Itáque pupillaris ſubſtitutio fit impuberibus in poteſtate teſtatoris exiſtentibus, ſiue inſtitutis, ſiue exhęredatis: (nam ſubſtitutiō etiā exhęredato facta valet, & aduentitia pupilli emolumenta complectitur [188]) ſiue natis, ſiue poſthumis hoc modo: ſi impubes hęres non ſit: ſi impubes hæres ſit, & intra pubertatem decedat, ſubſtituo Titium. Et hoc caſu, ſi impubes moriatur ante aditam hęreditatem, ſubſtitutus dicitur ſuccedere teſtatori: ſi poſt aditam moriatur, ſubſtitutus dicitur ſuccedere impuberi: & pater ſubſtituendo impuberi, cenſetur duo teſtamenta facere, vnum ſibi, ſi impubes decedat antè aditionē hęreditatis, & vnum filio, ſi poſt aditionem decedat: ac proindè non valet pupillaris ſubſtitutio, niſi pater ſibi te-

188 Modeſtin.li. 28.ff. co.ti.6.l.1.

ſtamentum faciat vallidum: nam pupillares tabulæ non ſuis, ſed principalis teſtamenti viribus nituntur [189] tanquam paterni teſtamenti quędam appendiculæ. [190] poteſt tamen pater pupillarem facere ſubſtitutionem à ſuo teſtamento ſeparatam, & ſuo proprio ſigillo ſignatam: quia patris & filij teſtamentum pro vno habetur. [191] poteſt quoque pupillariter ſubſtitui, vel ſingulis liberis, vel ei qui nouiſsimè impubes moritur. [192] Inſtituti autem à patre, ſi pupillariter ſubſtituantur, pro portionibus inſtitutionum, impuberi ſuccedunt, quia hæc ſubſtitutio generaliter cōcepta, ad eorum quémque qui adibunt, pro rata inſtitutionis parte pertinet. [193] quantò enim quiſq; alium in inſtitutione ſuperat, tantò in ſubſtitutione quóque ſuperare debet: [194] vt exempli gratia ſi teſtator ita ſcripſit, filius meus ex dotrante mihi hæres eſto T. ex vncia M. ex ſextante mortuo filio, dotrans in tres partes diuidetur, quarum duæ M. tertia, T. attribuetur: nam partes in inſtitutione aſsignatæ, repetitę in ſubſtitutione videntur

189 Vlp. li. 28. ff. eo. tit. 6. l. 2. §. fin.

190 Paul. li. 28. ff. eo. tit. 6. l. qui plures liberos in fin.

191 Vlpi. li. 28. ff. eo. tit. 6. l. patris.

192 Florētin. eo. tit. ff. l. vel ſingulis.

193 Caius li. 28. ff. eo. tit. l. ſi in teſtamento.

194 Vlp. eo. tit. ff. l. qui liberis í fin. & l. ſi plures.

dentur: [195] neque filio emancipato, aut puberi pupillariter ſubſtituitur, [196] ſed per fideicommiſſum hæcq; pupillaris ſubſtitutio in filio poſt 14. annos: in filia, poſt 12. expirat. [197] Eſt etiã alia exemplaris ſubſtitutio, quæ ad exemplum pupillaris eſt introducta, conuenitque omnibus propè perſonis quæ teſtari poſſunt, cuiuſcunque fuerint ſexus: & fit filiis, aut nepotibus, furioſis, mente captis, donec ad ſanam mentem redierint: prodigis. [198] quæ autem de natis liberis iam dicta ſunt, de poſthumis dici poſſunt [199] cuius rei exemplum propoſitũ eſt [200] & in cauſa curiana: de qua ſummatim fabius ſic loquitur, [201] ſubſtitutus erat hęres, ſi poſthumus antè tutelę ſuæ annos deceſsiſſet: non eſt natus, propinquus bona ſibi vendicabat, nam teſtatoris voluntas non ex literis, ac verbis, ſed ex mente ipſius æſtimanda eſt, quæ eſt ſi non naſceretur filius qui pubertatem attingeret, nõ pubertatem attigit, qui non natus eſt. Et qui poſthumo ſi is impubes moriatur, ſubſtituit, eo etiã non nato ſubſtitutionem valere voluiſſe vide

195 M. Ælius li. 6. C. de impuber. & aliis ſubſtit. ti. 26. l. 1.

196 Vlpi. li. 28. ff. eo. tit. l. 2.

197 Papin. li. 28. ff. eo. tit. l. verbis ciuilibus.

198 Iuſti. li. 6. C. de impub. & aliis ſubſti. ti. 26. l. humanitatis.

199 d. l. 2. eo. ti. ff.

200 A paulo eo. tit. ff. l. paterfamilias.

201 l. 7. cap. 6.

videtur. Quod centumuiri defendente craſſo iudicarunt ornatè inquit Cicero,[202] atque Luc. Brutus copioſe hanc ſententiam defendit. Veruntamen teſtamẽtum iure factum rumpitur, ideſt cum ſuis extaret viribus euertitur, aut irritum non adita hæreditate conſtituitur [203] rumpitur ſi vel poſthumus præteritus poſt conditum teſtamentũ naſcatur:[204] vel ſi adoptetur filius:[205] ſi ſecundũ teſtamentum perfectè fiat, tùm rũpitur primũ, niſi à ſecundo confirmetur, nã poſteriore teſtamẽto quãuis nullꝰ ex eo hæres extiterit, tamẽ ſi & iure factũ eſt, & ex eo hęres eſſe potuerit, ita rũpitur ſuperius, vt paterfa. inteſtatus deceſsiſſe credatur,[206] neq; ſecundũ teſtamentũ, ſi ſit imperfectum rumpit primũ[207] ſed ſi perfectũ ſit, rũpit illud: quãuis ex eo non adeatur hæreditas. ſitq; irritũ per teſtatoris capitis diminutionem:[208] at recõualeſcit, ſi teſtator ſit integro capite tempore mortis, nam prætor illum per bonorũ poſſeſsionẽ tuetur.[209] Item ſit irritum, ſi egentem teſtatorem hæres, vel non enutriat, vel ab hoſtibus captum non redim

202 pro cecina, lib. 1. de orator. & in Bruto.

T I T.
Quib. mod. teſt. infirment.

203 Pap.li.28.ff. de iniuſt. rupt.& irrit.teſt.ti.3.l.1. Pomp.li.26.ff.de teſta.tut.tit.2.l.ſi nemo. Triph.li.37.ff.de bonor.poſſ.cõtr. tab. l. filiũ. §.ſed cum.

204 Vlp. li.28.ff. de iniuſt.rup. tit. 3.l.3.

205 idem eo. tit. 3.l.certum.

206 Vlpi.& Põp. li.28.ff.de iniuſt. rupt.ti.3.l.2. & l. cum in ſecundo.

207 Pomp.li.32. ff.de leg. 3.ti.1.l. ſi iure teſtamẽto

208 Vlpi.li.28.ff. de iniuſt. rupt.ti. 6.l.ſi quis.§.irritum.

209 Vlpi.li.37.ff. de bonor. poſſeſ. ſecund.tab.ti.11. l.1.§.exigit.

redimat: aut iniuſtum, ſi teſtiũ numerus non ſit adhibitus: ſi teſtator teſtamenti non habeat factionem: ſi teſtator filium in poteſtate præteriuit: ſi teſtator imperatorem litis cauſa inſtituit: ſiquidem hæreditas principi, neque litis cauſa, neque nuda voce, neque minus ſolemni teſtamento, rectè relinquitur. [210] vndè Iullius capitolinus ſcribit, nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione, alicuius delata eſſet, aut lite perplexa: vt legitimi ac neceſſarij hæredes priuarentur, addiditque ſenatuſcõſulto hæc verba: ſanctius eſt patres conſcripti inopẽ remp. obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per dedecorum atque diſcriminum veſtigia peruenire. multa leguntur exempla apud Valler. [211] de teſtamentis quæ reſciſa ſunt. Atqui cum plerúmque parentes liberos ſuos iniuſtè exhęredant, vel omittunt, querela inofficioſi competit omnibus filiis, etiam nondùm natis, ſeu poſthumis: [212] quamuis imperator ſit hęres inſtitutus: [213] nam filius in bonis paternis etiam deo prefertur: indè

210 Paul. li. 28. ff. de hæredi. inſtituend. ti. 5. l. pen. Alexand. li. 6. C. de teſt. tit. 23. l. 3. Hono. & Theodoſius l. nolum.

211 lib. 7. cap. 7 & 8.

TIT. De inoffic. teſta.

212 Vlpi. lib. 5. ff. eo. ti. 3. l. poſthu.

213 Vlpi. lib. 5. ff. eo. tit. l. Papinianus. §. ſi imperator.

indè Auguſtinus nemini vnquàm con ſulere volebat, vt quis Deum inſtitueret & filium exhæredaret. datur hæc querela filiis ſine cauſa à patre exhæredatis, vel à matre præteritis. Item patribus à filio non milite, vel emancipato exhęredatis:[214] fratribus, ſororibúſve cõſanguineis exhęredatis, turpi perſona inſtituta.[215] tamen nemo niſi pro ea parte pro qua ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, hanc querelam inſtituit:[216] quæ obiici non poteſt ab his, qui ſuo patrocinio teſtamentum tuti ſunt:[217] vt aduocatus, procurator, nam poſtquàm illi iam probarunt, teſtamentum, non poſſunt impugnare inofficioſi querela: quemadmodũ nec illi, quibus aliquid in teſtamento relictum eſt, ſiuè legitimam, vel non legitimam habeant portionem: nam qui non habent, ad ſupplementum agunt legitimæ:[218] cuius portio filiis debita eſt triens, ſi ſint quatuor, vel pautiores: ſi ſint plures, ſemis eius partis, quã ab inteſtato habituri erant:[219] hæc legitima olim relinqui poterat titulo donationis, vel legati: & quocúmque titulo

214 Iuſtini. lib. 3. C. eo. tit. 28. l. fin.
215 Diocl. & Maxim. li. 3. C. eo. ti. 28. l. fratris & cõſtantin. l. fratres.
216 Paul. li. 5. ff. eo. tit. 2. l. Mater.
217 Paul. li. 5. ff. eo. ti. 2. l. fin.
218 Vlpi. lib. 5. ff. eo. ti. l. papinian' Antoninus lib. 3. C. eo. ti. 28. l. cùm queritur. & Iuſti. l. omnimodo.
219 Alexand. li. 3. C. eod. tit. 28. l. parentibus. Iuſtini. li. 6. C. de collatio. tit. 20. l. illud.

tulo relicta erat, hanc inofficioſi querelã impediebat:[220] hodiè titulo inſtitutionis tantùm relinquenda eſt.[221] Nec quiquam ſunt (inquit Cice.) qui propiùs accedant ad vicem defuncti, quàm hęredes. Qui aut ſunt neceſſarij, vt ſeruus proprius, qui iure ciuili cogitur adire hęreditatẽ propter prœmiũ libertatis:[222] ſed iure prætorio, poteſt abſtinere: in quo prætorem conuenire nõ neceſſe eſt, ſed ſufficit ſi ſe non immiſceat.[223] aut ſui, & neceſſarij: vt fili⁹, filia, nepos, neptis ex filio, ſi poſt teſtatoris mortem in patriam poteſtatem non recedant:[224] & iſti ſui dicuntur, quia ſunt domeſtici, & in vita patris dòmini quodam iuris artificio, quòd fingit patrem & filium eandem perſonam[225] adeò vt rerum paternarum viuo patre filius poſſeſsionem habere videatur:[226] & patre mortuo ſolam adminiſtrationem tranſire ad eum,[227] qui ſuus dicitur, quia in poteſtate eſt & proximum à patrefamilias gradum obtinet.[228] Extranei verò: vt filij emãcipati à patre inſtituti: filij à matre inſtituti: quilibet qui non in poteſtate teſtato

220 Iuſt. lib. 3. C. eo. tit. 28. l. ſi quãdo. §. & generaliter & zeno. l. quoniam.

221 Gloſſ. Auth. Nouiſsima. §. Aliud quoq; vt cũ de appel. cognoſcit coll. 8.

T I T.
De hęred. qualit. & diff.

222 Pert. li. 6. C. de neceſ. ſeru. tit. 27. l. 1.

223 Vlpi. li. 29. ff. de acq. hæred. ti. 2. l. ei qui.

224 Vlpi. li. 38. ff. de ſuis & leg. tit. 17. l. 1. §. Queri.

225 Iuſt. lib. 6. C. de impub. tit. 27. l. fin.

226 Iul. lib. 41. ff. pro hær. ti. 6. l. 2. in fin.

227 Paul. li. 28. ff. de liberis & poſt. tit. 2. l. in ſuis.

128 Papin. li. 38. ff. vnde liber. tit. 7. l. ſcripto.

ſtatoris: ſeruus inſtitutus, & à teſtatore antè mortem manumiſſus & huiuſmodi hæredes debent eſſe capaces adeundi hæreditatem, tempore teſtamenti, & mortis, ſi ſint neceſſarij: vel tempore mortis, ſi ſint ſui: vel tempore mortis, teſtamenti, & aditę hęreditatis, ſi ſint extranei.[229] Et poſtquàm adiuerunt hęreditatem, ab ea abſtinere, vel eam repudiare non poſſunt: niſi minor 25. annis inſtitutus adiuerit, aut miles:[230] vel grande æs alienũ in hęreditate lateat.[231] In quo caſu adhuc hęredes qui inuẽtario cõfecto adeũt, non tenentur vltrà vires hęreditarias, vt cautum eſt à Iuſtiniano:[232] nuda aùtem volũtate aditur hęreditas, qua declaramus, nos velle eſſe hęredes, vel cum pro hęrede nos gerimus, hoc eſt rebus hęreditariis tanquàm hęredes vtimur[233] quæ quoque hęreditas repudiatur ſola voluntate, qua dicimus nos hęredes eſſe nolle, & ſola oratione recuſamus[234] & propriè extraneus adire, & repudiare, ſuus, immiſcere, & abſtinere dicitur.[235] nam cum ſui in familia ſint, non adeunt[236] ſed extra

229 Florẽ. & Vl. li.28. ff. de hære. inſtituen.ti.5.l. ſi alienũ & l.ſeruũ.
230 Iuſti. li.6.C. de iur.delib.titu. 30.l.vlti.§. fin.& idem de repud. tit.31.l.vlti.
231 Vlp.li.4.ff.de minorib. tit. 4.l. ait prætor.§. ſed & ſi.
232 d.l. vltim. de iur.deliber.
233 Vlpi.& Paul. li.29.ff. de acqui. hæred.tit.2.l.pro hærede in princ. & l.gerit.
234 Pau. li.29.ff. de acq.hær.tit.2. l.recuſari. Vlpia. li.36.ff.ad Treb. tit.1.l. recuſare.
235 Vlpi.& Papi. lib.29.ff. de acq. hæred.ti.2.l. impuberibus & l.cũ bonis.
236 Caius li. 38. ff.de ſuis titu.17. l.in ſuis.

extranei,qui aliunde accedunt; porro ſurdus,vel mutus, poteſt hęreditatem adire, ſi quid agat, intelligit: ideſt ſi non demens aut furioſus. [237] Et qui poſſunt hæreditatem adire, aut teſtamentum facere, teſtamēti factionem, nempè facultatem, non modo teſtamenti faciendi,ſed etiam capiendi ex teſtamēto habere cenſentur. [238] Quēadmodum autem nec res ſingulę per inſtitutionem,ita nec vniuerſæ per legatum acquiri poſſunt:quòd olim quatuor modis fiebat: hodiē legatorum vna eadémque eſt natura: [239] pro quibus agitur actione ex teſtamento,quæ eſt perſonalis contra hæredes. actione in rem contra quemlibet legatum poſsidentem: actione hipothecaria, qua res teſtatoris pro legato opignoratę petuntur. [240] vna tamen electa actione, alia extinguitur [241] & de omni re legatum factum valet, etiam ſi ſit aliena, ſiuè teſtator ſciat eſſe alienam, etiam hoſtium: [242] ſiue ignoret alienam: ſed legatarius cōſanguineus erat. [243] etiam ſi rem ſuam quaſi alienam leget, quia error non impedit rei

237 Vlp. & Paul. lib.29. ff. de acq. hæred.tit.2.l.Mutum & l.Pater.

238 Pomp. li.28. ff.de teſta. tit.1.l. filiusfamilias.

TIT. De legatis.

239 Iuſti.li.6 C. comm.de leg. tit. 43.l.2.

240 Iuſt.lib 6.C. comm.de leg. tit. 43.l.1.

241 Pap.li. 31.ff. de leg.2.ti. 1.l.cū filius.§.variis.

242 Iulianus lib. 30 ff.de leg.1. tit. 1 l. ſeruus ab hoſtibus & l. ab omnibus.

243 Antoninus lib.6.C eo.tit.37. l.cum alienā rem

effectum quæ benè commodéque cecidit: etiam ſi rem ſuam pignoratam leget: ſed hæres debet pignus redimere, niſi teſtator contradixit: [244] etiam ſi res ſit aliena legata: quæ legatario quæſita eſſet ex cauſa oneroſa, ſecus ſi ex lucratiua: [245] etiam ſi res quæ non eſt in rerum natura, modo in futurum eſſe poſsit, ſecus ſi nunquam poſsit: [246] etiam valet legatum de qualibet re, quæ eſt priuata, ſecus ſi ſit publica, vel ſacra: nam earum rerum, quarum nullum eſt commercium, legatum nullius eſt momenti. [247] Item valet legatum ſi res aliena legetur, & legatarius proprietatem illius emerit: quo caſu ſi poſtea vſumfructum ex cauſa lucratiua habeat, æſtimationem tantum proprietatis ex legato petet: [248] tamen legatum rei meæ mihi factum, non valet: [249] quamuis illam alienauerim: verum ex eo quòd teſtator rem legatam alienat, non dicitur reuocare legatum [250] quòd duobus coniunctìm, vel diſiunctìm factum, vtrique æqualiter debetur, vel vni altero repudiante: quia ius accreſcendi locum habet

244 Vlpi.li.30.ff. de leg.1.tit.1.l.ſi res obligata. Caius li.33.ff de dot.præl.ti.4.l.licet. Alex.li.6. C. de fideicommiſſ. tit.42.l. prædia.
245 Iuli.li.30.ff. de leg.1.ti.1.l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.
246 Pom.li.30.ff. de legat.1.tit.1.l. quod in rerum. Mæxi.li.32.ff.de lega.3.tit.1.l.etiã ea. Pomp.li.35.ff.de condi.& demon. ti.1.l.1.in fin.
247 Pau.li.30.ff. de legat.1.tit.1.l. idem Iul.in fin.
248 Iul.lib.30.ff. de lega.1.tit.1.l. Non quocũque. §.fundus.
249 Diocl. & Maximi.li.6.C.eo.ti. 37.l. proprias.
250 Seuerus & Anton.li.6.C.eo. titu.37.l.qui poſt teſtamentum.

inter

inter legatarios, ſed his volentibus tantum accreſsit, hæredibus vero etiã inuitis, nam in legatis non eſt periculum aliquem pro parte inteſtatum mori etiam ſi pars legatorum deficiens nulli accreſcat: quæ tamen inutiliter relicta, magis penes hęredem manet, quam accreſcat coniuncto legatario: [251] idque ſemper cum ſuo onere. [252] Rurſus debitor, cui legata eſt liberatio, quemcunque agentem repellere poteſt, vel etiam agere vt liberetur, [253] Et huiuſmodi liberatio, ad tempus fieri poteſt, cùm teſtator iubet ne hæres debitum petat ante menſem: annum: biennium: [254] dos quoque vxori legari poteſt, etiam ſi vxor nullam dedit, modo exprimatur cęrta quantitas. [255] nec hęres tenetur de legato, niſi factō ſuo perierit. [256] Atque legata equa cum fœtu, debetur fœtus, etiam equa mortua [257] legata domo, cum inſtrumentis, illa non debentur domo extincta. Itẽ grege legato quicquid accedit, vel decedit poſtea remanet legatum: quòd idem eſt in peculio legato. [258] per libertatem ſeruo

251 Pom. & Vlp. li. 30. ff. de leg 1. tit. 1. l. ſi duobus. & l. plane. §. ſi cõ iunctim. Paul. lib. 31. ff. de leg. 2. ti. 1. l. ſi titio

252 Paul. li. 34 ff. de his quæ pro non ſcrip. habẽt. tit. 9. l. vltim. Paul. li. 48. ff. ad l. Corn. de falſ. tit. 10. l. filius in fin.

253 Vlp. Modeſt. & pap. li. 34. ff. de liber. leg. tit. 3. l. ſi quis rationes l. aurelio. & l. quod mihi.

254 Pom. li. 34. ff. de liber. leg. tit. 3 l. Non ſolum.

255 Lab. & Scæ. lib. 33. ff. de dot. præl. tit. 4. l. cum ſcriptum. §. item ei. & l. fin.

256 Pomp. li. 30. ff. de leg. 1. tit. 1. l. non amplius. §. 1. & l. Titiæ in fin.

257 Paul. & Celſ. li. 30. ff. de leg. 1. tit. 1. l. ſi ancilla cũ l. ſequenti.

258 Vlpi. li. 33. ff. de pecul. leg. ti 8. l. denique §. vlti.

relictam,non intelligitur illi peculium quòd habet legatum. Item poteſt quis legare actiones ſuas, ſed ſi debitum exigerit,inutile fit legatum:[259] quod quidem valet, quandò grauatur hęres domum reficere Titij.[260] Cui vero genus legatum eſt, niſi quid aliud teſtator dixerit, eius eſt electio,[261] vt rem generaliter legatam tàm legatarius, quàm eius hæres, eligere poſſint: quòd ſi diſcordent plures legatarij, ſi pluribus legatum factum ſit, ſorte fit electio:[262] neque in iure nouum eſt ſortis & fortunæ iudicium, eonamque plerumque vtendum prudentes cenſuerunt.[263] Cúmque plures iiſdem ex partibus hęredes eſſent:nec inter eos conueniret apud quem potius cautiones hęreditariæ deponerentur,illos in pari cauſa oportet ſortiri.[264] Et ſane veteres non raró ſorte vtebantur, in diuidenda hęreditate[265] nedum Romani, ſed & Græci.Idē apud Hæbreos frequens fuit, legimus enim ex præcepto Domini à Ieoſuha ſortibus diuiſam terram Canaam inter tribus Iſraëliticas.[266] Illis autem

tantum

259 Paul. & Vlp. li.30. ff. de leg.1. tit.1.l.cętera & l. ſi ſic legatum.

260 Paul.li 31.ff. de leg.2.titu.1.l. Mortuo boue in fine.

261 Vlpi.& Aph. li.30. ff de leg.1. ti.1.l. ſi domus & l.ſi ſeruus.§.cum homo.
Idē Vlpi.li. 33.ff. de option.leg.tit. 5.l.2.

262 Iuſt.lib.6.C. comm. de leg.tit. 43.l.vltim.

263 Vlp. lib.5.ff. de iud.tit. 1.l.ſed cum ambo.& lib. 40.ff.de fideic.libert.tit.5.l.generaliter.§.qs ergo

264 Caius li. 10. ff.famil.ercif.tit. 2.l.ſi quæ ſunt.

265 Theod.& Valentin. lib.10. C. quand. & quibus quar.pars tit. 34. l.2.

266 Ioſuæ 13.14. 19.& ſequent.capitib.

tantum legari licet, qui poſſunt inſtitui, non peregrino, ſiue deportato: in metallum damnato: ſeruo, de adulterio commiſſo cum domina accuſato: collegio illicito: item inceſtuoſo: maioris hæreſis reo: apoſtatæ: mulieri nubenti intra annũ à tempore mortis mariti. [267] qui omnes inſtitui non poſſunt. Neque incertis perſonis legatum relinquitur: ſed cognato, qui primus conſul erit, & hodiè & olim rectè legari licet. poſthumo alieno, ideſt ei qui cum naſcitur ſuus non eſt, olim non legabatur, hodiè ſecùs, [268] nec error in nomine, ſi de perſona conſtet: nec falſa demonſtratio: nec falſa cauſa, niſi conditionaliter adiecta ſit, legatum viciat [269] ſicut nec illud: ſit inutile, ſi domum à Titio emptam lego, quamuis ab alio emerim: velut quoque nec illud quia geſſerat mea negotia alicui factum: etiam ſi non geſſerit: neque ſeruo hæredi purè legari poteſt, ſed ſub conditione ſecus, ſi ea exiſtente ſeruus extra illius poteſtatem exiſtit [270] atque domino ſerui illius qui eſt inſtitutus legari licet, &

267 M. Ælius li. 6. C. de hæred. inſtitu. titu. 24. l. 1. Martiã. lib. 34. de his quæ pro non ſcript. hab. ti. 8. l. ſi in metallum. Iuſt. lib. 2. inſt. de hæred. inſtit. Diocl. & Maxi. li 6. C. de hæred. inſti. tit. 24. l. collegiũ. Iuſt. in Nouel. cõſtit. quib. mod. natur. effic. ſui tit. 1. coll. 6 §. vltimo. Arcad. & Honor. li. 1. C. de hereti. ti. 8. l. manicheos. Theod. li. 1. C. de Apoſtat. tit. 10. l. hi qui. Iuſtin. in Nouell. conſtit. coll. 3. de Nupt. tit. 3. §. 1.

268 Paul. li. 30. ff. de leg. 1. ti. 1. l. pẽ.

269 Mart. lib. 35. ff. de condit. & demonſt. tit. 1. l falſa demonſtratio. Gordi. lib. 6. C. de teſta. tit. 23 l. 4.

270 Paul. li. 35. ff. de cond. & dem. tit. 1. l. Iulianus.

271 Paul. li. 30. ff. de lega. 1. tit. 1. l. A filio.

272 Iuſt. lib. 6. C. de teſta. titu. 23. l. Ambiguitates.

273 Iuſti. li. 4. C. vt act. ab hære. & contr. hær. incip. tit. 11. l. vnica.

174 Pom. lib. 30. ff. de leg. 1. tit. 1. l. ſi mihi §. in legatis.

TIT. De Ademption. legator.

275 Celſ. li. 34. ff. de Adim. leg. tit. 4. l. Nihil prohibet. Vlp. li. 34. ff. eo. ti. 4. l. 3. in fin.

276 Pomp. li. 34. ff. eod. l. 2.

277 Caius li. 34. ff. eo. ti. l. ſicut.

278 Pomp. li. 34. ff. eo. ti. 4. l. Et ſi.

279 Paul. lib. 34. ff. eo. ti. 4. l. tranſlatio.

purè, & ſub conditione. [271] licet autem antiquitus, antè hęredis inſtitutionem nihil legari poterat, hodiè tamen ſecùs: [272] quemadmodũ & poſt mortem hęredis vel legatarij legatum factum valet: ac illud etiam quòd eſt pœnæ nomine relictum: [273] vt lego tibi fundum, ſi hęres meus hoc faciat, quòd olìm non valebat. Cùm verò teſtatoris voluntas ſit ad vltimum vitæ exitum deambulatoria, liberúmque ſit priorem voluntatem corrigere, cõmutare, reſcindere: [274] proindè legata adimi poſſunt vel eodem in teſtamento, vel in alio, vel in codicillis teſtamento confirmatis, ſiue expreſsìm, verbis contrariis: ſiue tacitè, ob capitales inimicitias: [275] ſiue in totum, ſiue pro parte. [276] Et ſicut adimi, ita & transferri legatum poteſt: [277] etiam ſi nulla ſit cum eo in quem trãſferimus, teſtamenti factio: [278] ſitque tranſlatio quatuor modis: [279] nempè, ſi pro fundo tibi legato, legem decem: ſi illud quòd tibi legaueram, Titio legem: ſi quòd vnus hęres grauatus erat dare, alius dare grauetur: ſi quòd purè legaui,

gaui, legem tibi ſub conditione. Sed quia lege 12.tab.patrimonium vniuerſum in legata conſumere licebat,[280] ex quo heredes inſtituti hereditatem repudiabant, a qua nullum emolumentum percepturi erant: & ita multi quorum ſic hereditas repudiabatur, inteſtati decedebant: proinde C.Furius tribunuſplebis ſanxit, ne cui ſupra mille aſſes legare liceret: mortiſue cauſa donare Q. Voconius quóque ſanxit ne quis plus cuiquàm relinqueret, quàm ex hereditate ad heredem perueniret: vt legitur apud Cicer.[281] hodiè verò ſi vltra dotrantem hereditatis legata relicta ſunt, per legem falcidiam, quã falcidius tulit dum eſſet tribunuſpleb. Auguſti temporibus teſte Euſebio[282] ex legatis detrahitur quarta pars, ſiue vnus heres inſtitutus ſit, ſiue plures, & ſi plures ſint inſtituti, quilibet ex ſua parte poteſt detrahere quartam:[283] quia non tantum de omnibus, ſed etiã de ſingulis, hec lex intelligenda eſt, & non ex re vna ſed ex omnibus legatis pro modo legatorum detrahitur[284] ſoluto ære alieno, & funeris impenſa, ex

TIT. De lege falcid.

280 Pomp.li. 50. ff.de verb.ſignif. tit.16.l. verbis legis.

281 Verrina tertia.

282 In ſuis chronicis & Diõ li.48.

283 Mært.& Cai. li.35.ff.eo.tit.2.l. in ratione & l. in ſingulis.

284 Paul.li.35.ff. eo.ti.2.l.plautius Seuer.& Antoni. lib.6.C.eod.titu. 49.l.2.

ex eo quòd ſupereſt[285] de patrimonio quòd erat tempore mortis à teſtatore relictum, non autem acceſsiones, quę hęreditati contingunt: illę enim nec augere, nec minuere poſſunt legata: [286] quę à tempore mortis ſunt ab hęreditatis corpore ſeiuncta, quippè quorum dies tùm ceſsit: [287] & fructus ſati tempore mortis dicuntur augere hęreditatem, & minuere ius legis falcidię, [288] cuius quarta hęredi debita, nunquit poſsit teſtatoris voluntate cõminuj, vel tolli, eleganter differit Alexand. ab Alexandro. [289] licet autèm non adita hęreditate nihil teſtamẽto relictum valeat, [290] hęres tamen hęreditatem adire, legatorum ſeruandorum cauſa cogi nequit. At in ſeruandis fideicommiſsis vniuerſalibus, quę continent onera hęreditatis, cogitur adire [291] & ſicut lex falcidia, in legatis, ita ſenatuſconſultum pegaſianum (quòd vulgò trebellianica dicitur) in fideicommiſsis exiſtit: quemadmodũ enim hęres à quo plus dotrante legatum eſt, vſque ad quadrantem integrum poteſt retinere: ſic & is qui plus dotrante

285 Mart. lib. 11. ff. de relig. & ſumptib. funer. tit. 7. l. penult.

286 Caius lib. 35. ff. eod. titu. 2. l. in quantitate.

287 Vlp. li. 50. ff. de verb. ſig ti. 16. l. cedere. Iuſtin. lib. 6. C. de cad tollend. titu. 50. l. 1. §. cum igitur.

288 Papi. li. 35. ff. Ad l. falcid. tit. 2. l. in falcidia.

289 lib. 2. Genial. cap. 25.

T I T.
De fideicommiſſ. hæred. & ad ſenatuſc. trebellian.

290 Pomp. li. 26. ff. de teſt. tut. ti. 2. l. ſi nemo.

291 Caius lib. 29. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. ti. 4. l. ſi quis omiſſa cauſa. Vlp. lib 36. ff. Ad Trebell. titu. 1. l. cogi.

dotrante reſtituere rogatus eſt, ſed in falcidiam legata non imputantur, in pegaſianum verò ſecùs: vt ſi teſtator hæredem cui decem legauit, roget hęreditatem reſtituere, decem illa quidẽ retinebit quartam verò eo amplius non detrahet, quia teſtator legatis hæreditatem exhauriens errore id facere creditur quòd plus putet eſſe in hæreditate, quàm re vera non ſit. ac creditur velle hæredem aliquid ex ſua hæreditate conſequi: ſed in ſenatuſconſulto pegaſiano, cenſetur nihil velle apud hæredem manere, quam nomen & titulũ. Itaque (vt Martianus ait)[292] ſiue legatum, ſiue fideicommiſſum datũ ſit hæredi, ſiue percipere, ſiue deducere, vel retinere iuſſus eſt, ea omnia in quartam ei imputari, in falcidiam autẽ nequaquam: & eorum duntaxat cauſa, fideicõmiſſa inſtituta ſunt, qui capere ex teſtamento non poſſunt. cuius rei exemplum eſt apud Cic.[293] qui de Publij Trebonij teſtamento commemorat: quo A. Trebonio fratri ſuo non minus dimidio hęreditatis ſuæ ab hæredibus daretur

292 lib. 35. ff. Ad l. falcid. tit. 2. l. in quartam.

293 Verrina prima.

E 5 cauit

cauit. idem Cicero.[294] ſic ſcribit P. Sextilius Ruffus a Q. Fabio Gallo teſtamento rogatus, vt omnis hæreditas ad filiam perueniret. Verumtamen hæres ſiue teſtamentarius, ſiue legitimus olim ex fide ſua tantum, hodiè neceſſario fideicommiſſum præſtat:[295] qui grauari poteſt, vt totam hæreditatem, & locum hæredis, vel partem, & legatarij tantùm locum obtinet fideicommiſſarius, reſtituat: ſiue in ſolidum, ſiue pro parte[296] inſtitutus ſit. Et grauari poteſt purè, in diem, vel ſub conditione.[297] neque poſt reſtitutionem tenetur actionibus hæreditariis, niſi quatenus apud illum ex hæreditate remanſit:[298] quod ſi volens hæreditatem adiuit, retinet quartam partem ex ſingulis fideicommiſsis: coactus adire, & reſtituere nullum commodum, vel incommodum ex hæreditate habet.[299] nec poteſt pœnitendo quartam retinere.[300] ſi volens totam hæreditatem reſtituat, ex ea nullum incommodum habet. Rogatus ipſam hæreditatem reſtituere retenta certa re, vel pecunia,

quæ

294 lib. 2. de fini.

295 Vlpi. li. 36. ff. ad trebel. ti. 1. l. 1. §. hoc autem.

296 Paul. li. 36. ff. eo. tit. l. ſed cũ ab hærede.

297 d. l. 1. §. ſed & quoties & Caius eo. tit. ff. l. facta. §. ſi ſub cõditione.

298 d. l. 1. §. ſi is qui.

299 Vlp. & Iulia. li. 36. ff. eo. tit. 1. l. quia poterat l. ita tamen. §. qui ſuſpectum.

300 Hermog. li. 36. ff. eo. ti. 1. l. nã quod. §. qui compulſus.

quæ etiam quartam partem valeret, actionibus hæreditariis non tenetur: nam ea res illi quaſi ex legato eſt acquiſita: & ſine vllo hæreditario onere apud illum manet: ſi deneget fideicommiſſum relictum non excuſetur poſtea, ſi dicat, non ſolemniter relictum. quòd ſi deneget fideicommiſſum relictum, cogitur iurare non eſſe relictum, vel ſoluet: [301] iuſiurandum enim pactionis & conuentionis vim obtinet, [302] & fidem fallere ſcelus eſt grauiſsimum, [303] ideóq; apud Cicero. [304] laudatur quidam Sextus Peducius, qui rogatus à C. Plotio, cùm tamen ſciret nemo, eum eſſe rogatum, vltro ad mulierem venit, eique nihil opinanti, viri mandatum expoſuit: hæreditatémque reddidit ſibi creditam fideicommiſſo. Quòd relinquitur, ſiue partis, ſiue totius hæreditatis, ſiue alicuius rei particularis: [305] & hoc caſu particulare fideicommiſſum appellatur, in quo caſu non refert, an res ſit teſtatoris, hæredis, [306] legatarij alicuius alterius fideicommiſſarij, aut cuiuſdam extranei.

301 Iuſt.lib.6.C. de fideicom. ti.2. l. vlt. de Iureiur.
302 Paul.li.12.ff. de iureiur.tit.2.l. qui iuraſſe.§.vlt.
303 Vlpi.li.13.ff. de conſtit. pecu. tit.5.l.1.
304 lib.2.de fini.

TIT. De ſingu.reb.per fideicom.relict.

305 Iuſt.lib.6.C. de fideicō. tit.42. l.vltim.

306 Diocl. & Maxim.li.6.C.co.ti. 42.l.Hæredum.

nei. Hiſque caſibus aut res, aut æſtimatio debetur: nec refert ſiue hæres, ſiue legatarius grauetur, modò in plus quàm ex teſtamento acceperit non grauetur, quia Martianus reſpondet,[307] non plus poſſe rogari quem reſtituere, quàm ei relictum ſit, quod fieri ſolet his verbis: peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo, aliquando per fideicõmiſſum relicta eſt libertas quæ fideicommiſſaria, in teſtamento, quæ directa dicitur. Deníque poſſumus fideicommiſſariam hereditatem relinquere, teſtamento, vel codicillis, vel ab inteſtato.[308] Codicilli ſunt, velut teſtamentorum antè factorũ appendices, & minus ſolemnes ſententię voluntatis noſtrę, quę primò ab Auguſto imperante introductę cenſentur, eſtque codicillorũ vox generalis, omnem ſcripturam ſignificãs: vt principum diplomata, & epiſtolas: & fiunt, teſtamento iam facto, in quo poſſunt confirmari [309] in futurũ hoc modo, quicquid faciam valere volo. In pręteritum: hoc modo, quicquid feci valere volo. vel ab inteſtato [310] ſed

307 lib. 30 ff. de leg. 1. ti. 1. l. filiusf. §. 3. Vlpi. lib. 36. ff. ad trebel. tit. 1. l. 1. §. ſi is qui.

TIT. De Codicillis.

308 Garus & Numerianus itẽ Diocle. & Max. lib. 6. C. ad Trebell. tit. 42. l. 3. & l. ſine.

309 Iulia. & Pap. li 29. ff. de iur. Codicil. titu. 7. l. 3. §. vlt. & l. ante tabulas.

310 Pau. lib. 29. ff. de iure C. tit. 7. l. conficiuntur.

ſed in illorum confectione ſunt adhibendi quinq; teſtes, [311] quod ſi duo, vel plures fiant codicilli, omnes valent, [312] ſed quibus directe neque dari, neque adimi poteſt tamen iure rogari fas eſt, vt hęres hęreditatem reſtituat. [313] poteſt deníque in codicillis hęres nominari de quo in teſtamento dictum eſt, eum hęredem facio, quem Codicillis nominabo.

311 Theod. li.6. C.eo.tit.36.l.vlt.
312 Mart.li.29.ff. de iur.cod.l.diui. Dioc.& Max.lib. 6.C eo.ti.36.l.cũ proponatis.
313 Papi.li.29.ff. de iur. codicil.l. quod per manus. Philippus li.6.C. eo.tit.l.2.

FINIS LIB. II.

DIVISIONES IN LIBRVM TERTIVM IVSTINIANI IMP. INSTITVTIONVM.

CVM ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita, parentum hæreditatem liberis addicat, [1] ipſóſque commune parentum & naturæ votum, ad eorum bona admittat, [2] antè annorum tria millia Moſes primam de hæreditate ab inteſtato legem diuinitus acceptã edidit: [3] qua primo loco filios vocat, deindè filias, poſteà fratres, poſt hos patruos, ac deinceps proximos, nongentis pòſt Moſem annis, Solon apud Athenienſes ſuam condidit de his ſucceſsionibus legem, quæ videtur paulò diligentiùs ſingulos gradus deſcribere, ea apud Demoſthenem adhùc extat: ſequuta eſt lex 12. tab. apud Romanos, quæ cepit hanc rem inuoluere: poſtea Prætores ſuas addiderunt bonorum poſſeſsiones: Cæſares quó-que

1 Paul. lib. 48. ff. de bonis damnator. tit. 2. l. vltim.
2 Paul. lib. 38. ff. vnde libe. ti. 7. l. 2
3 Numer. 27. ca.

Digitized by Google

que ſuas nouas hac de re conſtitutiones: ſed his ambagib9,& ſinuoſis omiſſis anfractibus Imper.[4] præſcribit certum & ſimplicem ordinem ſuccedendi, primo voluit omnes liberos ſuccedere quocunque ſint gradu, nullo ſexus, aut ętatis diſcrimine obſeruato (de quo pulchrè Alexand.ab Alexan.) [5] his non ſuperſtitibus, parentes vocat, ſeruato graduum ordine, nam mater auo paterno pręfertur, ſi plures ſint eiuſdem gradus parentes, ęquis portionibus diuidunt: vt paterni ſemiſſem, & materni alterum ſemiſſem habeant. Atq; etiã cũ parentibus admittit fratres vtrinq; cõiunctos, ac fratrũ defunctorũ filios, vt ſaltẽ conſequantur ſuorum parentum portionem. Tertiò, tribuit his qui tranſuerſo cognationis gradu iunguntur: primò, fratribus, vtrinque coniunctis, ſimul & illorum ęque germanorum filiis: qui inter ſe in capita hodiè,[6] cùm patruis verò, in ſtirpes ſuccedunt: & ita concordari poſſunt fluctuoſæ controuerſiarũ procellę inter doctores.[7] Atqui lex 12. tab. primo loco inteſtatorum hęredit

4 In Nouell. conſtitut. de hæredi. ab inteſt. venient. tit. 1. coll. 9.

5 lib. 6. cap. 10.

6 Vlpi. li. 38. ff. de ſuis tit. 17. l. 2. Iuſt. li. 6. C. de legit. hæred. ti. 57. l. lege.

7 d. l. 2. de ſuis.

T I T.
De hæredid. quæ ab inteſt. deſer.

reditates ſuis hęredibus attribuit: quia omnia quę noſtra ſunt, ex voto liberis noſtris paramus.[8] vnde Apoſtolus,[9] non debent filij parentibus theſauriſare, ſed parentes filiis. Idem Apoſtolus, ſic ratiocinatur alias, ſi filij ergo hęredes[10] huc illud Ciceronis, Minutius quidam mortuus eſt, cuius teſtamentum erat nullum: lege hęreditas ad gentem Minutiam veniebat. Inteſtatus autem quis viginti modis dicitur: aut quando defunctus nullum fecit teſtamentum:[11] aut quando fecit quidem, ſed non potuit, vt pupillus, furioſus, prodigus: de quibus tituli apud Iuſtinian. quibus non eſt permiſſum facer. teſtam. & Cod. qui teſtam. facer. non poſſunt. Tertiò quandò fecit & potuit, poſtea eſt capite diminutus[12] quando poſt teſtamentum teſtator captus apud hoſtes moritur,[13] tamen lege cornelia teſtamenta eorum, qui in hoſtium poteſtate deceſſerunt, perindè confirmantur, ac ſi illi qui ea feciſſent in hoſtium poteſtatem non perueniſſent.[14] Item quando is qui teſtamentum fecit illud reuocat, ab inteſtato

8 Triph. li. 38. ff. de bon. liber. tit. 2. l. penult.

9 2. Ad Corinth. cap. 12.

10 Ad Rom. c. 8.

11 Vlp. lib. 38. ff. de ſuis tit. 16. l. 1.

12 Caius li. 28. ff. de teſtam. tit. 1. l. eius qui.

13 Vlp. lib. 50. ff. de verb. ſigni. tit 17. l. 3. §. fin.

14 Iul. li. 28. ff. de teſta. tit. 1. l. lege Cornelia.

teſtato mori cupiens:[15] idq; ſi teſtator proceſſerit ad actum extrinſecum, cancellando, infringendo, aut proiiciendo: vel ſi teſtator coram tribus teſtibus dixerit, ſe velle mori ab inteſtato, abſque vllo facto, & deinde currat decennium à tempore conditi teſtamenti:[16] aut ſi non interfuerunt ſeptẽ teſtes:[17] in ruſtico quinque ſufficiunt:[18] duo inter liberos:[19] & tempore peſtis:[20] aut quando teſtes non ſunt rogati.[21] quandò teſtamentum non fuit perfectum, nec voluntas abſoluta:[22] vel quandò perfecta voluntas non fuit recitata.[23] quandò conditio appoſita defecit:[24] niſi ob aliquam cauſam conditio rremitteretur:[25] ſeu quandò filij teſtatoris ſunt præteriti, aut non iure exhæredati:[26] quando poſthumi ſunt præteriti.[27] niſi forte antè teſtatorem morerentur[28] quandò nepos eſt præteritus, qui præmortuo ſuo patre, primum locum liberorũ ingreſſus, rum-

15 Vlpi.li.38.ff.ſi tab.teſta.null.extab.tit.6.l.vnic.
16 Iuſt.li.6. C.de teſta.tit.23.l.ſancimus.
17 Dioc.& Max. li.6.C.de teſt.tit. 23.l.ſi vnus. & Theod. & Val. l.hac conſultiſsima.
18 Iuſt.li.6.C.de teſt.tit.23.l.vlti.
19 d.l.hac conſultiſsima.
20 Barth.li.37.ff. de bonor. poſſeſ. ex teſt.milit.titu. 13.l.vnic.
21 Iuſt.li 4. C.de teſtib ti.20.auth. rogati.
22 Vlpi.& Iab.li. 28.ff.de teſt. ti. 1. l. hæredes. & l.ſi quis. Iuſt.li.6.C.de teſtam. tit. 23. l.cũ antiquitas.
23 Aphr.li.12.ff. de reb cred.ti.1. l.eius qui.
24 Antò.lib 6.C. de Inſtit.& ſubſt. cõd.fact.ti.25.l.2
25 Vlp. & Paul. li.28 ff.de cond.Inſt.tit.7.l.quæ ſub conditione.l. conditiones. 26 Iuſti.li.6.C.de lib.præt.ti. 28. Auth.Nõ licet 27 Anto. li.6.C.de poſthu. hæred. Inſtit.vel exhæ. tit 29.l.1. 28 Vlp.li.28.ff.de iniuſt.rupt.tit.3.l.poſthumus.

pit teſtamentum: [29] ad hoc Gallus remedium dedit, [30] quod hodiè eſt neceſſarium in linea materna, cuius teſtamentum æquæ rumpitur præteritione, atque teſtamentum lineæ paternæ: ſi non eſt inſerta præteritionis cauſa. ſiue quandò teſtator parentes habens,& non deſcendentes, eos non inſtituerit, quòd neceſſariò ei faciendum eſt. [31] aut quandò fratres & ſorores ſunt præteriti, inſtituta turpi perſona. [32] Aliarum perſonarum quantumuis coniunctarum præteritio, non officit teſtamentis: [33] quandò tempore teſtamenti hæres ſcriptus non fuit in rerum natura, nec ſperatur, inſtitutio enim eſt pro non ſcripta. [34] Aut quando erat quidem tempore teſtamenti, ſed teſtatori præmortuus eſt, & dicitur inſtitutio quaſi caduca: [35] vel quando ſcriptus hæres ſuperuixit quidem teſtatori, ſed moritur ante aditam hæreditatem: & hęc quóque inſtitutio vocatur caduca. [36] ſeu quando hæres non moritur ſed hæreditatem repudiat. [37] poſtremo, quandò hæres vult adire ſed eſt incapax. [38] his viginti caſi

29 Caius li.28.ff. de iniuſt. rupt.& irrit.fact. teſt,tit. 3.l. poſthumorũ.

30 Scæu.li. 28.ff. de lib.& poſthu. hær.inſtit. tit.2.l. Gallus.

31 Papi. li.5.ff.de inoff. teſt. tit.2.l. paterfilium & l. ſequent.

32 Conſt. li 3.C. de inof.teſt.ti.28. l. fratres vel ſorores.

33 Vlpi.li.5.ff.de inof.teſt.ti.28.l.1

34 Iuſt.li.6.C.de cad.tollen.tit.50. l.1.§.in primo.

35 d.l.1. §.pro ſecundo.

36 d.l.1. §. in nouiſsimo.

37 Paul.lib.50.ff. de verb.ſig.ti.16. l.inteſtatus & de regul.iur.tit.17. l.ſi nemo.

38 Mart. li.34.ff. de his qui pro non.ſcrip.hab.ti. 9.l. ſi in metallũ. Iuſtin.lib.5.C.de inceſt.nupt.tit.5. Auth.ex cõplexu

ti caſibus quis dicitur mori inteſtatus: cuius inteſtati hæreditas, ad ſuos hæredes pertinet, hoc eſt ad eos qui ſunt in morientis poteſtate, & proximiores, ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint:[39] & ſpurij, curiis ciuitatum dati: & qui ex contubernio, quòd poſtea factum eſt coniugium nati ſunt, ſuorum ius obtinent.[40] atque nepos, qui auo moriente ſuus non erat, ſi poſt exhæredati filij mortem extraneum non inſtitutum hæredem eſſe contingat, ſuus efficitur.[41] Idem ſi nepos viuēte auo, conceptus, ſi poſt mortem natus ſit, illius teſtamento relicto, ſuus exiſtit.[42] porro qui ſunt ſui hæredes, ſiue ignorent, ſiue furioſi ſint, etiam ſine tutoris authoritate efficiuntur hæredes:[43] & quibus ex cauſis ignorantibus ſanis acquiritur, ex iiſdem cauſis furioſis acquiri poteſt.[44] ſuus eſt etiam filius, qui poſt patris mortem ab hoſtibus reuertitur, fingitur enim ſemper fuiſſe in vrbe iure poſtliminij.[45] Is cui fiſcus ſuccedit, non videtur habere ſuum hæredem, vt qui poſt mortem perduellionis dānatur, nam ius ſui amit-

39 Vlpi.lib.38.ff. de ſuis tit. 17.l.1. §.ſuos.

40 Iuſt.li.5.C.de natural. liberis, ti.27.l. cum quis.

41 Vlpi.lib 38.ff. de ſuis tit.17.l.1. §.ſciendum. Papi. lib.28.ff.de cōdi. inſtit.tit.7. l.vltim.

42 Vlp.lib.28.ff. de iniuſt.rupt.ti. 3.l.ſi quis.§.1.

43 Vlp.li.29. ff.ſi quis omiſſa cauſ. teſt.ti 4.l.1.§.3.

44 Pom. li.44.ff. de oblig.& actio. tit.7.l.ſi a furioſo & li.12.ff. de rebus cred.tit.1.l.a furioſo.

45 Paul.lib.49.ff. de capt. & poſth. reuerſ. titu.15.l. Retro.

46 Vlp. lib. 38. ff. de ſuis tit. 17. l. 1. §. interdum.
47 Diocl. & Max. li 6. C. de ſuis tit. 54. l. 2. & l. 3.
48 Iuli. lib. 1. ff de ſtat. hom. tit. 5. l. qui in vtero. Celſus lib. 38. ff. ſuis titu. 17. l. vel viuo.
49 Iuli. li. 38. ff. de ſuis ti. 17. l. titius.
50 Papi. li. 1. ff. de adopt. titu. 7. l. in omni.
51 Vlp. lib. 37. ff. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. ti. 4. l. 1.

tit, [46] nepotes ex vno filio cum alio filio, vel nepotes duorum filiorum ſuccedunt in ſtirpes, non in capita. [47] Ille verò dicitur proximior, qui tempore mortis, vel teſtamenti deſtituti; eſt proximior, quamuis natus ſit poſt mortē teſtatoris, modo in vita illius conceptus ſit, qui tum quodam modo in rerum natura æſtimabatur, & iam pro nato haberi poteſt, [48] quem lex 12. tabu. ad hæreditatem vocat. [49] filius emancipatus non eſt ſuus hæres, ſed de iure prætorio perindè ſuccedit, niſi tempore mortis illius eſſet emancipatus ab arrogatore, qui hoc caſu quicquid in adoptiua familia iuris habuit, amittit, nec prætoris auxilio iuuatur, [50] cùm in adoptiui patris familia eſſe deſinit. [51] ſed emancipatus, poſt naturalis patris mortem, neutri ſuccedit, niſi patri naturali, omnibus tamen deficientibus ſuis, & legitimis, nepotes aui ex filio olìm & hodiè ſemper tanquàm ſui ſuccedunt, atque adoptatus hodiè ab extraneo, omnia naturalis patris retinet iura, & etiam adoptiuo ab inteſtato morienti ſuccedit, ſecùs ſi taceret

faceret teſtamentum, (quandiù enim ſpes eſt hæredis teſtamentarij, nulla ab inteſtato defertur hæreditas)[52] & fuerit præteritus.[53] Nepotes ex filia olim poſt agnatos tantũ ſuccedebant: nepotes aui ex filia, hodiè auo ſuccedunt. ſed in minore portione quam filia, ex tertia parte. Idem eſt in nepotibus ex filio, vel filia auiæ: frater aui, vel auiæ quondàm nepotibus aui ex filia, vel nepotibus auiæ, tàm ex filio, quàm ex filia natis præferebatur: hodiè hi nepotes illi fratri in tota hæreditate præferuntur.[54] nepotes aui ex filio ſuccedunt cum alio aui filio in ſtirpes[55] nepotes aui ex filia, auiæ ex filio filiaue, cum alio aui filio ſuccedunt in ſtirpes, cum diminutione tertiæ partis illius portionis, quam pater illorum habuiſſet, ſi viueret.[56] Cùmque in parentis demortui locum ſuccedituř, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditas diuiditur.[57] Deficientibus hæredibus, qui ſui, aut pro ſuis habentur, ad ſucceſsionẽ vocantur proximiores agnati, qui ſunt fratres ex vtróque parente, fratres ex eodem

52 Vlpi.lib.29.ff. de acq.hær.tit.2. l.quandiu. Paul. lib.50.ff.de regu.iur.tit.17.l. quandiu.

53 Iuſt.lib.8.C.de adop.tit.49.l.pe. §.ſed ne.

54 Iuſt.li.6.C.de ſuis tit.54.l.vlti. cum auth.ibidẽ.

55 Dioc. & Max. li.6 C.de ſuis tit. 54.l.2.

56 Iuſt. in nouel. conſtit.de trient. & ſemiſſe coll.3. §.neque illo.

57 Diocl.& Max. lib.6.C. de ſuis titu.54.l.2.

TIT. De legitim. agnator.ſucceſſ.

58 Vlpi.lib.38.ff. de ſuis tit.17.l.1. §.ſuos.

59 Caius & Pau. lib.38.ff.de grad. tit.11.l.1.§.quarto gradu. & l.vlt. §.quarto gradu.

60 Paul. lib.1.ff. de adoptioni.tit. 17.l. qui in adoptionem.

pātre:[58] & hi conſanguinei dicuntur, nati ex duobus fratribus conſanguineis, qui patruelles, & conſobrini appellantur.[59] frater conſanguineus & adoptatus: nam adoptio non ſanguinis, ſed agnationis ius adfert:[60] & ideò, ſi filium adoptauero, vxor mea illi matris loco non eſt. Item omnes tranſuerſi ex linea maſcula deſcēdentes, ſorores conſanguineæ, fratris filius, filia, nepos, neptis. proindè Carolus Impe. 5. in Spirenſibus comitiis, anno 1 5 2 9. ſtatuit filios fratrum inter ſe partiri hæreditatem patrui, in capita, non in ſtirpes, idq́;. Centumuiralis curia pariſienſis, mille placitis confirmauit. atqui deficientibus ſuis, ſuccedunt patruus, & patrui filius, filia, nepos, neptis, amitta. ſed olìm ſorores duntaxat ſuccedebāt fratribus, hodiè aliud eſt, quia reip. intereſt ordinum, familiarúmque dignitatē conſeruari.[61] Amita & filia fratris iure prætorio admittebantur, tanquàm cognatæ duntaxat: hodiè omnes agnati æqualiter ſuccedunt. Vlpianus[62] hæreditatem inteſtatorū proximo agnato

61 Vlpi.lib.25 ff. de ventre inſpiciend. tit.4.l.1.§. ſed & ſi ſeruus.

62 Vlpi.lib.38.ff. de ſuis tit.17.l.2. §.1.

to quem nullus antecedit, deferri ſtatuit, & ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnibus. Item nati ex ſororibus etiã vterinis, ſi alij proximiores non ſint, tanquàm legitimi ſuccedunt, olìm in capita, hodiè, in ſtirpes. Rurſus frater defuncti, filiis alterius fratris olìm præferebatur, hodiè cum illis æqualiter vocatur in ſtirpes: ſi plures ſint proximi, omnes æquali lance ſuccedunt. Et proximior ab inteſtato dicitur, qui eſt tempore teſtamenti deſtituti proximior, vel tempore mortis, ſi teſtamentum non fecit. ſi proximior agnatus repudiat hæreditatem, quondàm ſequens non ſuccedebat, hodiè is ſuccedit. demùm pater liberos emancipans contracta fiducia, illis quaſi legitimis ſuccedit.[63] Mater olìm lege 12. tab. filio, aut filiæ non ſuccedebat: ex ſenatuſconſulto Tertulliano, ſi ingenua habeat tres liberos, amittebatur ad ſucceſsionem filij, abſque liberis defuncti:[64] verum Iuſtinianus legitimum liberorum hæreditatem matribus, ſiue ingenuis, ſiue libertinis, ſiue vnum, ſiue plures liberos peperiſſent,

63 Iuſti. li. 8. C. de emancipat. liberor. tit. 49. l. fin.

TIT. De ſenatuconſul. Tertull.

64 Vlp. lib. 38. ff. eodem tit. 18. l. 2.

attribuit.[65] Liberi verò filij præferuntur matri ipſius filij, ſiue prioris, aut vlterioris gradus eſſent.[66] ſiue ex filio, ſiue ex filia nati, pater filij præfertur etiam matri, ſed non filij auus.[67] frater item conſanguineus olim matrem excludebat, hodiè æqualiter cũ ea ſuccedit. plures quóque ſorores cũ matre ſuccedũnt, ſed omnes non plus habẽt quàm ſola mater[68] ſed ſi ſoror, & frater, & mater defuncti ſucceſsionem æqualiter in capita diuidunt, mater ſi filio tutorem intrà annum non petiit: vel ſuſpectum remoueri non curauit, ab hæreditate repellitur.[69] Plato[70] multa huc pertinentia ſcribit, & præclarè diſſerit de pœna cognatorũ, qui pupillis tutorem non petunt: ipſa quoque mater filio etiam vulgò queſito ſuccedit,[71] quæ vt cognata vocatur, à qua ſola cognatio contrahitur, & conſanguinitatis agnationíſque iura ex patre ſolo oriũtur, néque illi vulgò queſiti agnatos, vel patrem habẽt.[72] Atqui more veterum imperatorum Romanorum, qui orationes in curia, vel recitabant, vel pronunciabant in quarum

65 lib. 6. C. eo. ti. 5ſ. l. vltim.
66 Vlpi. lib. 38. ff. eo. tit. 18. d. l. 2. § liberi.
67 d. l. 2. §. obiicitur.
68 Iuſt. l. 6. C. eo. tit. 55. l. 2. & in nouellis conſtit. de nupt. tit. 1. Gollatio. 4. §. & quoniã
69. Vlpi. lib. 38 ff. eo. tit. 18. l. 2. §. ſi mater.
70 Dialog. 6. de legib.
71 d. l. 2. in princ.
72 Modeſt. lib. 1. ff. de ſtat. hom. tit. 5. l. vulgo queſiti. Vlp. lib. 38. ff. vnde cog. tit. 9. l. 4.

TIT. De ſenatuſ. orſic.

quarum quaſi ſententiam ſenatuſconſulta fierent: orficiano ſenatuſcõſulto filij & filiæ ſuccedunt matri ab inteſtato defunctæ, quamuis in alterius poteſtate eſſent, [73] & per conſtitutiones nepos; & neptis deficientibus filiis. Item filij quamuis vulgò queſiti,[74] niſi mater eſſet illuſtris:[75] quæ filio, & illi, filius non obſtante minima capitis diminutione ſuccedit. [76] atque portio ab aliquibus reiecta, his qui adierint pro eorum portionibus accreſcit, [77] eorúmque pars qui antè accretionem deceſſerũt, ad ipſorũ hæredes tranſmittitur. [78] Succeſsio agnatorum, qui eo ſunt digniores cognatis, quia per eos familiæ nomen conſeruatur, vſq; ad decimum gradum, cognatorum, vſque ad ſextum gradum extenditur: intra quem ſi legitimus ab inteſtato ſuccedit, fiſcus hæres eſt. hodiè tamen agnatiõis & cognatiõis ſublata eſt differẽtia.[79] Triplex autẽ ab inteſtato ſuccedẽdi eſt ordo: [80] prim⁹, ſuorũ: alter, agnatorum: qui non modo legitimorum numero ſunt, ſed etiam quibus idẽ ius, ſenatuſconſultum, Iuſtinianiq;

73 Vlpi. lib. 38. ff. eo. tit. 18. l. 1. Iuſt. lib. 6. C. eod. tit. 57. l. penul.

74 Vlpi. lib. 38. ff. eo. tit. 18. l. 1.

75 d. l. 3 en. C. eo. tit.

76 Paul. li. 4. ff. de capit. diminutio. tit 5. l. tutelas.

77 Vlp. li. 38. ff. ti. 18. l. 1. §. ſi nemo.

78 Mart. li. 38. ff. tit. 17. de ſuis l. ſi ex pluribus. Iul. li 35. ff. de cõdit. & dem. tit. 1. l. hæc ſcriptura. Vlp. & Caius lib. 37. ff. de bonor. poſſeſ. tit. 1. l. 3. 4. & 5. Iuſti li. 6. C. de caduc. tollẽd. tit 50. l. 1. §. is ita.

T I T.
De ſucceſsio. cognator.

79 Iuſt. in nouell. conſtitutio. de hæred. ab inteſt. venient. ti. 1. coll. 9.

80 Modeſt. li. 38. ff. quis ordo in bon. poſſeſ. ſerue. tit. 16. l. 1.

leges attribuunt [81] tertius, cognatorum, [82] deficientibus ſuis hæredibus, & agnatis: tertiò, iure prætorio vocantur cognati, qui dicuntur illi legitimi, qui capite ſunt minuti, licet legitimæ hæreditates capitis diminutione pereant [83] & legitimus hæres ſi capite ſit minutus bonorum poſſeſsione vnde legitimi ſubmouetur, nam vt Cice. ait [84] qui capite diminuti ſunt, gentiles eſſe deſierũt atq; frater, & ſoror emancipati, non eorum filij adhuc vt legitimi ſuccedunt, nam prętor poſt ſuos legitimos, eos qui per emancipationem agnati eſſe deſierunt, admittit: quibus non datur bonorum poſſeſsio iure hæredis legitimi, ſed gradu cognatorum à prætore vocãtur [85] & qui per lineam fœminam nobis iunguntur, liberi adoptati, nat⁹ ex vulgo queſito. Cognatorum vero (qui quaſi ex vna muliere nati, commune naſcendi initium ex ea habuerunt) tres ſunt ordines: ſuperior, parẽtum, vt Tritauus, Tritauia, in ſexto gradu: atauus, atauia, in quinto: abauus, abauia, in quarto, proauus, proauia, in tertio: auus, auia

81 Vlpi. & Caius li.38.ff. vnde cog tit.9.l.2. & l.3.
82 Vlpi. lib.38.ff. de ſuis tit.17.l.1. & l.2.
83 Pomp. li.38.ff. de ſuis ti.17.l. capitis.
84 in Topicis.
85 Pom. lib.38.ff. vnde cog. tit. 9.l. legitimis.

TIT. De gradib. cogn.

auia in ſecundo: pater, mater, in primo.[86] inferior, liberorum, vt filius, filia, in primo: nepos, neptis in ſecundo, pronepos proneptis, in tertio: abnepos, abneptis: in quarto: atnepos, atneptis: in quinto, trinepos, trineptis: in ſexto. Tranſuerſus: vt frater, ſoror: in ſecundo: quia directi ordines primum gradum habent, obliqui vero non habent: ſed qui in his princeps dicitur, ſecũdus eſt. patruus, amita, auunculus, matertera: fratris ſororíſque filius, filia, in tertiò. qui ex duobus fratribus patruelles, ex duabus ſororibus, conſobrini. Ex fratre & ſorore, amitini inter ſe appellãtur.[87] patruus magnus amita magna: auunculus magnus, matertera magna, fratris, ſororíſque nepos, neptis: in quarto: propatruus, proamita, proauunculus, promatertera, fratris ſororíſque pronepos, proneptis: in quinto abpatruus abamita, abauunculus abmatertera, fratris ſororíſque abnepos, abneptis in ſexto. At moribus Gallorum lege Salica introductis nulli ſunt horum graduum. Limites, aut cancelli in ſucceſsio

86 Caius & Paul. lib. 38. ff. de grad. affinit. tit. 11. l. 1. & l. vlti.

87 d. l. vlti. § 4. de gradib. affinit.

ceſsionem regni: qua lege, ſic cautum eſt: nulla portio hæreditatis de terra ſalica mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota hæreditas pertineat. quorum graduum, hoc eſt generationum cognitio, iure ciuili perutilis eſſe cenſetur: primùm, ad deferendum inteſtatorum ſucceſsionem: [88] ſecundò, ad onus tutelæ imponendum: [89] Tertiò, ad deferendam bonorum poſſeſsionẽ inter plures eiuſdem capitis perſonas. [90] Quartò, prodeſt pro deferendo patrimonio relicto eiuſdem familię perſonis, quarum proximior præfertur: [91] Quintò, etiam dum iure retractus cõſuetudinarij res alienatæ redimuntur: [92] & dum agitur de expellendo conſanguinei teſtimonio. [93] Iure autem pontificio ipſorum graduum enumerandorum vna eſt tantùm vtilitas, ob cauſam matrimonij, inter coniunctos certo gradu prohibitos: vt ſcribunt Bald. & Alexan. [94] in quibuſquidem gradibus ſupputandis iure cæſareo vna eſt tantum regula: nempe, tot ſunt gradus inter duos cõſanguineos, quot ſunt perſonæ ad propagationem nece

88 d.l.vlti.de gradib.Iuſt.in nouel. conſtit.de hæred. ab inteſta.veniẽt. tit.1.collatio.9.§. ſi vero.

89 d.l.2.

90 Vlp.lib.38.ff. vnde cognat. tit. 9.l.1.§. gradatim

91 Pap.lib. 31.ff. de legat.2.tit.1.l. peto.§.fin.

92 Cap.conſtitu. de reſtit.in integ.

93 Paul.lib.22.ff. de teſtitu. tit.5.l. lege Iulia.

94 lib.6.C de ſucceſſor.ædict.titu. 16.l.fin.

neceſſariæ,vna dempta,quia ad primũ gradum conficiendum duabus opus eſt perſonis. In iure põtificio,tres ſunt regulę, ad dignoſcendum gradum affinitatis: prima,in linea recta, hoc eſt aſcendentium & deſcendentium, tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ, vna dempta;ſecunda regula, in collateralibus, in æquali linea quoto gradu diſtat quis à communi ſtipite, toto diſtant interſe.Tertia,in linea inæquali, quoto gradu remotior diſtat, a communi ſtipite,toto inter ſe diſtant:& in linea collaterali ius canonicum tantùm propter nuptias, gradus conſiderat: nam in linea recta,ab vtróque iure prohibentur in infinitum,[95] adeò vt ſi Adam viueret,vxorem ducere nõ poſſet, quia ab eo omnes deſcenderunt.[96] Nec olìm ſeruorũ manumiſſorum liberi ſuccedere poterant: hodie vero ſuccedunt, ſiue ante,ſiue poſt manumiſsionem, ſiuę conſanguinei ſint,ſiue vterini.[97] Extantibus autem liberis, patronus omnino excluditur facto tamen teſtamento, ſi manumiſſus minus habeat centum aureis, non poteſt

95 Caius li.23 ff. de ritu nupt. ti. 2. l. nuptię cõſiſtere

96 Gloſ.in verbo in infinitũ apud Iuſti.tit.de nupt.

TIT.
De ſeruili cognatione.

97 Vlpi.lib 38.ff. de ſuis titu. 17.l. inteſtato.

TIT.
De ſucceſsione libertorum.

poteſt præterire patronum. deficientibus vero liberis, ſi patronus prætereatur per bonorum poſſeſsionē contra tabulas poteſt conſequi tertiā partem bonorum. verùm mortuo manumiſſo, ab inteſtato abſque liberis, patronus in ſolidum ſuccedit. ſuccedunt item & patroni filij, & tranſuerſales vſque ad quintum gradum. Poteſt tamen patronus liberis ſuis quibus voluerit, vel etiam vni aſsignare manumiſsi ſucceſsionem.

TIT. De aſsignatio. libertor.

In ſucceſsione ingenuorum admittūtur primò, omnes, qui ſunt ex linea inferiore, excluſa ſuperiorum, atque tranſuerſalium linea, etiam ſi proximiores eſſent. Secundò, ſuccedunt proximiores agnati, expulſis omnibus cognatis, etiam proximioribus, exceptis, fratre & ſorore emancipatis, qui vt agnati vocantur ad ſucceſsionem. Tertiò, veniunt proximiores cognati: ideò linea inferior hodiè omnes excludit. deficiente autem linea inferiore, vel pater, mater aut frater vtrinque coniunctus ſuccedit, etſi omnes æqualiter concurrunt, deficiente patre & matre, auus, auia, frater

vtrinque

vtrinque coniunctus ſimul ſuccedunt. deficiente patre, matre, fratre vtrinq; cõiuncto, huius fratris filio, auo, auia, ſuccedunt fratres ex altero latere coniuncti, ſed vterini in bonis maternis, conſanguinei in bonis paternis præferuntur. In reliquis vero bonis æqualiter ſuccedunt. deficientibus omnibus fratribus, filij fratrum patruo defuncti prę ponũtur; & ſi ſoli ſunt ſuccedunt in capita, cum patruis, in ſtirpes, (vt in capite huius libri diximus) cum auo defuncti, deficientibus omnibus ſuprà ſcriptis, proximiores in capita ſuccedunt. Quemadmodum autem lex, aut ſenatuſconſultum, vel conſtitutio, hæredem facit, ſic & bonorum poſſeſſores locum hæredum optinentes prętor, efficit: qui bonorum poſſeſſiones ordine diſpoſuit, ſucceſsionẽm que inter eas admiſit.[98] Et ius bonorum poſſeſsionis emendandi væteris iuris gratia introduxit.[99] Eſt autem bonorum poſſeſsio ius perſequendi retinendique patrimonij vel rei quæ cuiúſq, cũ moritur fuit[100] & ſunt hæ bonorum poſſeſsiones: bonorum poſſeſsio

TIT. De bonor. poſſeſ.

98 Vlp. lib. 38. ff. de ſucceſſo. ædic. tit. 10. l. 1.

99 Paul. lib. 37. ff. eo. ti. 1. l. ſed cum §. 1.

100 Vlp. li. 38. ff. eod. tit. 1. l. 3.

ſeſsio contra tab. quæ liberis præteritis datur:[101] Bonorum poſſeſsio ſecundum tab. quæ omnibus ſcriptis hæredibus conceditur:[102] bonorum poſſeſsio vnde liberi, quæ ab inteſtato datur omnibus liberis, tàm emancipatis, quàm ſuis, & parentibus:[103] bonorū poſſeſsio vnde agnati ſeu vnde legitimi, quæ ab inteſtato liberis deficiētibus, datur agnatis, quibus ab inteſtato debetur hæreditas:[104] bonorum poſſeſsio vnde cognati: quæ omnibus liberis agnatiſue deficientibus, ab inteſtato datur cognatis.[105] bonorum poſſeſsio vnde vir & vxor, qua nullis cōſanguineis relictis, maritus & vxor ſibi inuicem ſuccedunt:[106] bonorum poſſeſsio ex lege, quæ datur ei tantum qui ex conſtitutionibus vocari poteſt.[107] Plato,[108] eoſdem ferè ſucceſsionum gradus in ſuis legibus deſcripſit. Sed agnoſcendæ hæreditatis tempus, à prætore definitum eſt, ne creditorū actiones differrentur, & facile in poſſeſsionem bonorum defuncti mitterentur.[109] quare liberi & parentes ad agnoſcendam bonorum poſſeſsioné, habent

101 Vlpi.li.37.ff. de bon. poſſ.cōt. tab. titu. 4.l.1 & paſsim.

102 Vlpi.li.37.ff. de bono.poſſ.ſecund.tab.tit.11.l.1.& paſsim.

103 Paul.li.38 ff. vnde lib.tit.7.l.2. & paſsim. Modeſti.li. 38.ff. quis ordo in bon. poſſ.ſeruet.ti. 16. l 1.

104 Vlpi.li. 38 ff. de ſuis tit. 17.l.2. & paſsim. lib.38. ff.tit.vnde legi.

105 Vlp. li.38.ff. vnd.cog.tit.9.l.1. & paſsim.

106 Vlpi.li.38.ff. vnde vir & vx.ti. 12.l.1. Theod. & Valen. lib.6.C. vnde vir & vxor. tit. 18.l. vnicà.

107 Vlpi. li.38.ff. vt ex leg.& ſenatuſc.tit. 15.l.1.

108 Dialo. 11.

109 Vlpi.li.38.ff. de ſucceſſor.ædi. tit. 10.l.1.

habent annũ vtilem, [110] hoc eſt, annũ in quo ſit iudicis, actoris, & defenſoris copia, agnatis vero, & cognatis, nõ niſi centum dies conceduntur, proximiore bonorum poſſeſsionem non agnoſcente intra tempus: cæteris proximioribus defertur bonorum poſſeſſio: [111] item proximiore repudiante, ſequens proximior ſtatim nullo expectato tempore poteſt bonorum poſſeſſionem agnoſcere. Cæterum olim arrogationis acquiſitio, vniuerſalis erat, in bonis patrisfamilias arrogati, qui omnia arrogatori acquirebat: [112] hodie tantum vſunfructum aduentitiorum bonorum acquirit. [113] mortuo autem arrogato, ſi liberos habeat, illi præferuntur ipſi arrogatori. [114] ſed ſi non habeat filios, fratres vtrinq; coniuncti concurrunt cum arrogatore. [115] hodiè tamen omnibus iſtis, pater naturalis & legitimus præfertur: & qui ſuccedit arrogato, illius nomine tenetur creditoribus eius. Acceſsit quoque ius bonorum additionis à diuo Marco ſtatutum [116] vt ſeruus cui data eſt libertas in teſtamento, ſi nemo de-

110 d.l. 1. in fin. de ſucceſſ. ædict.

111 Dioc. & Maxim. li. 6. C. ti. 16. l. vltim.

TIT.
De acquiſiti. per arrogatio.

112 Pap. li. 37. ff. de bon. poſſeſ. ſecund. tab. tit. 11. l. qui ex liberis. Vlpia. lib. 1. ff. de adop. tit. 7. l. ſi paterfamilias.

113 Iuſti. lib. 6. C. de bonis quæ lib. tit. 60. l. cũ oportet.

114 Iuli. lib. 6. C. cõmu. de ſucceſſ. tit. 58. l. fin.

115 Iuſt. in noue. conſtit. de hæred. ab inteſt. veniẽti. titu. 1. coll. 9. §. ſi igitur.

TIT.
De eo cui libert. cauſ. &c.

116 Gord. & iuſt. lib. 7. C. de teſta. manumiſ. tit. 2. l. ſi hæred. & l. fin.

functi hæreditatem adeat, poteſt petere vt bona ſibi addicātur,& ipſe hæres erit,ſi creditoribus caueat,præferturque fiſco & bonorum defuncti venditionem impedit.

TIT. De ſucceſ.ſublat. quæ fieb.

Quæ autem ſucceſſio olim fiebat per bonorum venditiones, antiquata eſt, & tantummodo creditoribus datur,vt bona iudicis officio poſsideant, ac de illis diſponant.

117 Dioc.& Ma. lib.7.C. de bonis iudic.autho.poſſid.ti.72.l.pro debito.& l. cū proponas.

[117] Sed hactenus de perſonis, & rebus,nunc de obligationibus verba facienda ſunt, quæ bipartitæ dicuntur [118] duo etenim ſunt iura, quæ vim, ac robur obligationis dederunt,ciuile,& prætorium.

TIT. De obligationib.

118 Vlpi. lib.13. ff. de conſtit. pec. tit.5.l.1.& 2.

Itaque obligatio aut eſt ciuilis, vt ſi a iure ciuili,hoc eſt à lege, blebiſcito, ſenatuſconſulto, principis placito, iureconſultorū reſponſo,comprobetur. Prætoria,quam prætor ædicto ſuo inſtituit. [119] vtraque deſcendit, ex contractu, qui fit re[1], vt mutuū, cōmodatum, depoſitum,pignus. verbis[2], vt ſtipulatio, ſeu verborum obligatio: literis[3], vt literarum obligatio: & conſenſu[4], vt emptio, venditio, locatio,conductio,ſocietas, mandatum. [120] atque ex illis quatuor contrahendi for

119 Modeſti. lib. 44.ff. de oblig.& act. tit.1.l. obligamur.

120 Caius li. 44. ff.de oblig.& act. tit.1.l.3.

di formis duæ ſunt iuris gentiū quippe quæ re, & conſenſu fiunt: duæ iuris ciuilis, nempe quæ verbis & literis: vel quaſi ex contractu: vt negotiorum geſtio, tutelæ adminiſtratio, hæreditatis aditio, funeris impenſa, rei communis diuiſio, indebiti ſolutio, litis conteſtatio. vel ex maleficio, quòd eſt duplex, publicum, vt leſa maieſtas, parricidium, homicidium, adulterium, falſitas, vis publica, vis priuata, peculatus, ambitus, repetundarum, de reſiduis, de annona. Priuatum, vt furtum, rapina, damnū iniuria. vel quaſi maleficio, vt iudex imperitus non rectè iudicans, deiiciens aliquid ex cœnaculo, habēs aliquid appenſum, exercitor, caupo, ſtabularius. Atque obligatio re contrahitur, ex mutui datione, quòd conſiſtit his rebus, quæ numero, pondere, menſura cōſtant: vt oleo, vino, frumento, pecunia numeratá, ære, argento, auro: & in hoc mutuo tantundem reſtitui in eodem genere debet, per certi conditionem: etiam ſi quòd mutuatum eſt caſu perditum ſit, [121] cum par pro pari reddatur, nec tàm

TIT. Quib. mod. re cō trah. oblig.

121 Paul. li. 12. ff. de reb. credit. tit. 1. l. 2.

corpora, quàm quantitatem in pecunia conſideremus. [122] ſiue ex indebiti ſolutione, quæ facta à ſciente, non repetitur: [123] quia donare videtur [124] ab errante in facto, repetitur, per conditionem indebiti: [125] etiam acceſsio, ſaltem naturalis [126] non vtique ciuilis, nam imperator Antoninus reſcripſit, [127] peti non poſſe vſuras pecuniæ indebitæ per errorem ſolutæ: vel ab eo qui errat in iure, & non repetitur, ſi ſoluens erat naturaliter obligatus: vel re contrahitur obligatio ex commodato, quòd niſi gratuitum eſſe nequit; & ad certum vſum; atque illud idem quòd commodatum eſt reſtitui debet, niſi caſu perditum ſit: [128] nam commodatarius, non caſum ſed culpam, etiam leuiſsimam præſtat: [129] aut ex depoſito, quod reſtitui debet vti datũ eſt: ſed ſi perditum eſſet caſu fortuito: [130] vel leui, aut leuiſsima culpa, reſtitui non debet: quia depoſitarius non culpæ, ſed tantum doli nomine obligatur. [131] nam huiuſmodi contractus eius ſolius gratia fit, qui deponit. verũ ob latam culpam reſtitui debet quòd

depoſi

122 Pap. li. 46. ff. de ſolu. ti. 3. l. ſi is cui nummos.

123 Vlpi. li. 12. ff. de cond. indebiti tit. 6. l. 1. Dioc. & Max. lib. 1. C. de iur. & fac. ignor. tit. 21. l. cũ quis.

124 Paul. li. 50. ff. de reg. iur. tit. 17. l. cuiꝰ per orroré.

125 Dioc. & Ma. lib. 4. C. de cond. inde. tit. 5. l. ſi per ignorantiam.

126 Paul. li. 12. ff. de cond. indeb. ti. 6. l. indebiti.

127 lib. 4. C. de cõdi. ind. ti. 5. l. 1.

128 Dioc. & Max. li. 4. C. de cõmodato tit. 23. l. 1.

129 Vlp. & Caius li. 13. ff. cõmo. tit. 6. l. ſi vt certo.

130 Alex. itẽ Diocle. & Max. lib. 4. C. de pign. acti. 24. l. quæ fortuitis & l. pignus.

131 Paul. li. 16. ff. depoſ. tit. 3. l. ſi ſine dolo. Caius li. 44. ff. de obl. & act. ti. 7. l. 1. §. is quoque.

depoſitum [132] eſt:creditor quoq; re tenetur, ex accepto pignore, quòd ſolo conſenſu debitorem obligat, ob rem pignoratam. [133] creditorē qui pignus accepit obligat ad illud reſtituendum poſtquàm debitum eſt ſolutum: [134] & debitore pecuniam offerente, cogitur emptor reſtituere cum fructibus pignus. [135] quòd tametſi repeti poſsit poſt 40. annos, tamen etiam leuiſsima culpa perditum, reſtitui non debet. Nunc verò ſequitur ſecunda obligationum ex contractu proficiſcentium ſpecies, quàm ſtipulationem dicimus, cuius quanta ſemper fuerit vis, & authoritas apud Rom. teſtatur Cice. [136] his verbis: ſi quis quòd ſpopondit, quà in re verbo ſe vno obligauit, id non facit, maturo iudicio, ſine vlla religione iudicis condemnatur. ſtipulatio autem vel in dando, vel in faciendo conſiſtit: [137] & fit interrogatione præcedente, & reſponſione ſequente, hoc modo, promittis decem? promitto. [138] ex ſtipulatione rei certæ, certi conditio, incertæ, ex ſtipulatu actio naſcitur [139] & quibuſcunque verbis ſtipu-

132 Celſ. li. 16. ff. depoſiti titu. 3. l. quod Nerua.

133 Vlpi. li. 13. ff. de pig. act. ti. 7. l. 1.

134 Vlp. li. 13. ff. de pig. act. tit. 7. l. ſi rem. §. omnis.

135 Alexand. & Gordi. lib. 8. C. ſi vendit. pign. agat. tit. 30. l. 1. & l. cū contra.

TIT. De verbo. obliga.

136 pro Cecina.

137 Paul. li. 45. ff. eod. tit. 1. l. 2.

138 Caius li. 44. ff. de oblig. & act. ti. 7. l. 1. §. verbis. & Vlp. li. 45. ff. eo. tit. 1. l. 1.

139 Vlpi. li. 12. ff. de rebus cred. ti. 1. l. ſi quis.

latio fieri poteſt, Græcis, Latinis, partim Latinis, partim Grȩcis, modo vterque. Intelligat.[140] Romæ quondam plerunque teſtamenta Græcè conſcribebãtur: quòd rectè fieri poſſe reſponſa extant,[141] decreta tamen Latinè interponenda erant.[142] vnde lex Gallica iubet vernaculo ſermone conſcribi ſententias, & ſenatus placita, quãuis olim Gallos Græcè tabulas ſuarũ conuentionum ſcripſiſſe teſtis eſt Strabo.[143] fit quoque ſtipulatio, aut purè, puta, decem ſpondes, & tùm ſtatìm peti poteſt:[144] aut in diẽ, puta quinq; ſpondes calendis proximis? tùm nihil petitur, niſi calẽdis elapſis: licet ſtatim nata ſit obligatio: ſi ſtipulatio annuæ penſionis in vitæ tempus concepta ſit, & pura, & perpetua ſit, ſed eius actio pacti exceptione excluditur.[145] vt ſi ſtipuler quinque quoad viuam, pro primo anno quinque purè, pro aliis annis ſingulis quinque in diem debentur: ſed ſi poſt mortem meam hæres petat, repellitur exceptione. fit etiam ſub conditione, & ante illam nihil debetur, hoc modo: ſi Romã proficiſcar: ſi in

140 Vlpi.li.45.ff. eo.ti.1.l.1.§.eadẽ

141 Vlpi.li.46.ff. de fideiuſſori. ti. 1.l. Græcè & lib. 32.ff.de lega.3.ti. 1.l. fideicõmiſſa Theod.& Valen. li.5.C.de teſt. tutel.tit.28.l.vltim.

142 Triph.li.42. ff.de re iudic.tit. 1.l.Decreta.

143 lib.4. Arcad. & Hono. lib.7.C. de ſentẽ. tit.45.l. iudices.

144 Vlpi.li.45.ff. eo.tit. 1.l. eũ qui calendis.§.1.

145 Paul.li.44.ff. de oblig.& actio. tit.7.l.obligatioaum ferè.

ſi in capitolium non aſcendero quinq; promittis.quæ huic æquipollet:ſi cum moriar. [146] præterea conditio ad præ ſens, præteritumuè tempus relata, ſi vera eſt,præſentem obligationem parit, ſin minus, eneruat ſtipulationem: [147] vt ſi ſtipuler,quinque ſi Titius fuit, vel eſt conſul promittis? ſtatim es obligatus,ſi Titius fuit, vel eſt cõſul: nõ es obligatus,ſi T.non fuit, nec eſt conſul. hęc denique ſtipulatio,ſpondes Romę quinq;?tacitè cõtinet diẽ,intra quẽ pro miſſor ire poſsit Romã. [148] ſi ſtipuler decẽ dari,preciſè decem dare promiſſor cogitur: ſi ſtipuler domũ fieri, promiſſor liberatur pręſtãdo id quòd intereſt,cuius cũ dificilis ſit probatio, [149] vtile eſt pœnã adiici hocmodo,promittis domũ facere,& niſi feceris, promittis mille.Atq; duo,vel plures fieri poſſunt rei ſtipulandi:cũ poſt pluriũ interrogationẽ, ſimul omnibus reſpondetur. [150] ſed oportet illis eandem rem deberi ab vno, eodémque, & propter eandem cauſam: [151] proindè correi ſtipulandi ſunt, ſi duo ſtipulentur dari decem, & vtrique ſimùl & ſemel pro-

146 Papi. lib. 45. ff.eod.titu.1.l.Ita ſtipulatus.

147 Modeſti.lib. 45.ff.eo. titu. 1.l. conditio.

148 Paul.li.45.ff. eo.ti.1. l.interdũ.

149 Venulcius li. 46.ff. de prætor. ſtipulationib.tit. 5.l.fin.

TIT. [illegible]
De duobus reis.

150 Pomp.li.45. ff.eo.tit.2.l.4.

151 Caius li.45. ff.eo.tit. 2.l. ſi id quod.

miſſor reſpondeat: debendi ſunt duo, qui vni de eadem re interrogāti ſimul & ſemel reſpondent. & quilibet ex reis ſtipulandi in ſolidum agere poteſt.[152] quilibet etiam ex reis debendi, in ſolidum eſt obligatus, verum ſolutio vna tollit omnes obligationes.[153] hodiē quilibet ex reis debendi in ſolidum non obligatur, niſi expreſsē actum ſit: quo caſu adhuc ſi omnes ſint pręſentes, & idonei, quilibet eſt pro ſua parte conueniendus.[154] vnus ex reis debēdi pure, vel vno in loco, alius ſub cōditione, & alio in loco promittere poteſt.[155] Idē tamen omnes ꝓmittere debent. Et licet ſtipulatio ſit iuris ciuilis, ciuiúmq; Romanorū propria:[156] nihil autē iuris ciuilis propriū, nec caput in ciuitate ſerui habeāt, tamē ex perſona domini ius ſtipulādi habēt: ſicq; ſeruus ſtipulari poteſt domino, ſed eū nō obligare ante aditā hęreditatē, ac hęreditati acquirit: & per conſequēs hęredi futuro: necnon pluribus dominis, pro dominica parte[157] niſi vni nominatim, aut alicui⁹ domini iuſſu ſtipuletur, aut res quā ſtipulatur, alterius domini ſit.

ſeruus

152 Vlp. eo. tit. 2. l. 3. §. 1.

153 Iabol. eo. tit. l. 2. Diocl. & Max. li. 8. C. eo. tit. 40. l. 1. & 2.

154 Iuſt. lib. 8 C. eo. tit. 40. authen. hoc ita.

155 Florē. & Pap. li. 45. ff. eo. tit. 2. l. ex duobus l. eandem. §. fin.

TIT. De ſtipulatio ſeruor.

156 Pomp. li. 45. ff. de duob. reis ſtipul. tit. 2. l. vlti. Papi. lib. 46. ff. de fideiuſſ. titu. 1. l. ſi debitori.

157 Vlpi. lib. 45. ff. eod. tit. 3. l. ſeruus communis 2.

[158] ſeruus cum ſtipulatur factum, tantùm ſibi acquirit, puta ſi ire licere per fundum ſtipuletur: & filius patri, ſicut ſeruus domino acquirit. [159] *Stipulationum aliæ ſunt iudiciales*, quæ a mero iudicis officio proficiſcuntur: [160] vt cautiones de dolo non adhibendo, de perſequendo fugitiuo ſeruo, de reſtituendo precio. aliæ prætoriæ, quæ a mero prætoris officio promanant, vt cautiones de damno infecto, [161] de legatis ſoluendis, [162] ædilitij ædicti, [163] hoc eſt de vicioſa re vendita redibenda, & precio reſtituendo. Aliæ conuẽtionales, quę partim cõſenſu fiunt, quarum totidem ſunt genera, quot pene dixerim rerum contrahendarum: nam & mutui, & depoſiti, & commodati, & empti, & locati nomine, ſtipulationes interponuntur: neque vllum geri poteſt negotium, cuius confirmandi cauſa ſtipulatio adhiberi non ſoleat. communes, quæ & à prætore, & a iudice effluunt, vt cautio duplæ, hoc eſt, ſi res vendita euincatur, duplum præſtabitur: rem pupilli ſaluam fore. ratam rem haberi. Tamen non

158 Vlpi. li. 45. ff. eo. tit. 3. l. proinde. in fin.

159 Pap. eo. tit. 3. l. ſi ſeruus §. ſeru'

T I T.
De diuiſione ſtipulatio.

160 Pomp. li. 45. ff. de verb. oblig. tit. 1. l. ſtipulationum.

161 Vlp. li. 39. ff. de dam. infect. ti. 2. l. prætor ait.

162 Vlpi. li. 36 ff. vt lega. vel fideicommiſſ. nomin. caueat. tit. 3. l. 1.

163 Caius li. 21. ff. de ędilitio ædi. tit. 1. l. ſi vẽditur.

T I T.
De inutilib. ſtipulationib.

valet ſtipulatio rei,[1] quæ in rerum natura non eſt, nec eſſe poteſt: [164] ſecus ſi ſperetur eſſe,[2] ſicut nec rei, cuius commercium non habemus: vt res ſacra, religioſa, publica, liber homo: [165] ſiue ante, ſiue poſt ſtipulationem res fiat, vel ſacra, vel publica: nam qualitas, & natura rei mutata, & ſuperueniens validam ſtipulationem extinguit.[3] Item non valet illa, qua promiſi Titium decem daturum, quia factum alienum nõ poſſumus promittere: ſecus ſi promiſi me curaturum vt det. Si ei quem in poteſtate habeo, ſtipuler. [166] ſi mihi, aut Titio ſtipuler, nam Seio obligatio nõ eſt quæſita, licet ei ſolui poſsit: ſi mihi & Titio ſtipuler decem, nihil Titio, mihi tantum decem debentur: [167] ſi ſtipuler filio meo, nam mihi tantum acquiro [168] ſi filius ſibi ſtipuletur, quia patri tantum acquirit: ſi ſtipulatori aliter reſpondeatur, quam ipſe interrogauit. ſi filius a patre ſtipuletur, vel pater a filio, aut dominus a ſeruo, vel ſeruus a domino, ſi mutus, vel ſurdus omnino, vel furioſus, ſtipularetur, ſiue promitteret: ſi infans, etiam tutoris autho

164 Paul. & Vlpi. li. 45. ff. de verbo. oblig. tit. 1. l. ſi ſtipuler. l. ſi homo & Caius li. 44. ff. de oblig. & act. ti. 7. l. 1. §. ſi id.

165 Pau. li. 45. ff. de verb. oblig tit. 1. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

166 Vlpi. li. 45. ff. de verb. oblig. tit. 1. l. ſtipulatio iſta §. alteri Scæuola li. 50. ff. de reg. iu. tit. 17. l. quo tutela. §. fin. Dioc. & Max. lib. 8. C. de inut. ſtip. tit. 40. l. vt inter.

167 Vlp. & Iul. li. 45. ff. d. l. ſtipulatio iſta. §. cũ qui.

168 Paul. li. 45. ff. de verb. oblig. tit. 1. l. dominus ſeruo & lib. 2. ff. de pact. ti. 14. l. & hæredi. §. nos autem Seuerus & Anto. li. 8. C. de cõmitt. ſtipula. tit. 38. l. 2.

authoritate interueniente, aut pupillus ſine tutoris authoritate promittit: [169] ſecus ſi ſtipuletur, quia alterum poteſt obligare ſine tutore, ſed non obligari [170] ſi impubes exiſtens in poteſtate promitteret: ſi ſtipuler ſub impoſsibili conditione, hoc eſt quæ in eum caſum concepta eſt, cuius euentum natura prohibet [171] puta ſi cœlum tetigero. ſecus ſi dicam, ſi cœlum non tetigero ſi inter abſentes facta eſt ſtipulatio: [172] creditur tamen inſtrumento continenti eos fuiſſe præſentes, niſi contrarium probetur. [173] demum ſi poſt ſtipulatoris, vel promiſſoris mortem ſtipulatur, olìm non valebat, hodiè valet ſtipulatio [174] ſi ſtipuler hodie decem dari, ſi nauis ex aſia venerit, antiquo iure non valet ſtipulatio: hodiè tamen valet. [175] Si ſtipuler rem meam, cum deſierit eſſe mea: ſi ſtipulator de vna re, promiſſor, de alia intelligat ſi ex turpi cauſa quid promitteretur inutilis eſt ſtipulatio: [176] vt flagitij admittendi cauſa: [177] vel quod bonis moribus aduerſaretur [178] ſi ſtipuler cũ moriar, vel cum morietur promiſſor ſeu

tertius

169 Caius li.44. ff.de oblig.& act. titu.7.l. 1. in fin. Vlpi.lib. 45.ff.de verb.obl.ti.1.l.1.

170 Caius li. 26. ff.de autho. tuto. ti.8.l.obligari.

171 Paul. & Venulcius lib. 45.ff. de verb.obli.ti.1. l. ſi ſtipuler & l. continuus.

172 Diocl.& Ma. li.8. C.eo.tit.39.l. vt inter.

173 Diocl.& Ma. li.4.C.de proba. ti.19.l.cũ precib.

174 Vlp.li. 45.ff. de verb.obl.tit.1. l.quodcunq; §.2. Iuſt.li.8.C.de cõ trah. ſtipulat. tit. 38.l.ſcrupuloſam &li.4.C.vt actio. ad hære.& contr. hæred.tit. 11.l.1.

175 Iuſt.lib.6.C. de teſtam.ti.23.l. præpoſteri.

176 Vlp. li.45.ff. de verb. obl.ti.1. l.generaliter.

177 Papi.li.45.ff. de verb. ob.tit.1. l.ſi plagij.

178 Diocl. & Ma. li.8.C.e.ti.39.l.4.

tertius & olìm fuit, & hodiè eſt vtilis hæc ſtipulatio, ex inſtrumento continente promiſsionem interrogatio præceſsiſſe præſumitur, ſi de pluribus fiat interrogatio, reſponſio ſimplex de omnibus intelligitur: & ſi de quibuſdã tantùm reſpondeatur in illis reſponſis valet ſtipulatio nec alteri ſtipulamur, nam alieno vt detur, non rectè concipitur ſtipulatio:[179] niſi addamus pœnam hoc modo promittis Titio decẽ, & niſi dederis promittis mihi prædiũ, quo caſu ſi decem non dederis, petam prædium: valet tamen ſtipulatio, ſi ſtipuler ei dari, cui vt detur, meà intereſt.[180] qui alium aliquid facturum promittit, non eſt obligatus, niſi pœnam promiſit atq; ſtipulatore vel promiſſore mortuo ante ſtipulationis conditionem, ad hæredes tranſit obligatio.[181] qui promittit certo tempore, non poteſt cõueniri antequàm totum tempus ſit elapſum. qui pure promittit, non conuenitur niſi totum ſpacium præterierit, quo traditio fieri poteſt: nam quòd ſtatìm ſolui debere dicitur, intelligitur cum aliquo temperamento,

179 Diocl. & Ma. lib. 8. C. eo. ti. 39. l. 3.

180 Vlp. li. 45. ff. de verb. obl. ti. 1. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler alij.

181 Iulianus lib. 45. ff. de verb. ob. tit. 1. l. ſi quis ſi.

to, neque creditorem cum ſacco venire debere paulus reſpondit. [182] Verũtamen pro eo qui promittit alius quiſpiã (qui fideiuſſor dicitur) obligari poteſt: ídque in omni obligatione, ſiue re verbis, literis, conſenſu fiat obligatio: [183] ſiue ſit ciuilis, ſeu naturalis tãtũ [184] vt cum pro ſeruo [185] vel pupillo ſine tutoris authoritate obligato etiã ante obligationem, vel poſt fideiubetur, quia fideiuſsio & ſequi & antecedere obligationem poteſt [186] quid enim (inquit Cice. [187]) inter ſuaſorem & probatorem facti intereſt? Atque fideiubendo ſe, & ſuum hæredem obligat. [188] quod ſi inſtrumento ſcriptum ſit illum fideiuſsiſſe, omnia ſolenniter acta videntur & ſi plures ſint fideiuſſores in ſolidum, quilibet tenetur, [189] quia ſunt correi promittendi: ſed tempore litis conteſtatæ, poſſunt petere, vt æqualiter inter eos qui ſoluendo ſunt diuidatur obligatio, ex epiſtola diui Adria. [190] Et qui ex fideiuſſoribus ſolidum creditori ſoluerit, actionem aduerſus alios quaſi Adriani beneficium repudiarit, non habet. [161] Quòd fideiu

182 lib. 46. ff. de ſolutioni. tit. 3. l. quod dicimus.

TIT.
De fideiuſſorib.

183 Vlpi. li. 46. ff. eo. ti. 1. l. Græcè.

184 Vlp. & Iul. li. 46. ff. eo. ti. 1. l. ſtipulatus ſunt & l. quod enim.

185 Pau. & Caius eo. ti. l. cum fideiubeat ſ. ſi a reo. §. Adeo.

186 Vlpi. eo. tit. l. ſtipulatus ſunt.

187 Philipp. 11.

188 Vlp. eo. ti. l. 4.

189 Seuer. & Anton. item Dioc. & Max. lib. 8. C. eo. tit. 41. l. 3. l. Reos.

190 Papi. li. 46. ff. eo. ti. 1. l. inter. Iuſt. li. 8. C. eo. ti. 41. l. ſi fideiuſſor. & li. 4. C. de cõſt. pec. tit. 18. l. diui Adriani.

191 Alex. li. 8. C. eod. tit. 41. l. cum alter. & Modeſti. li. 46 ff. eo. tit. 1. l. vt fideiuſſor.

fideiuſſor ſoluit pro ſuo parte, a reo principali debitore recuperat: nam vt ait Vlpian.mandatores,& fideiuſſores etſi ſine iudicio ſoluerint, mandati actionem habent:[192] neque enim rei principalis obligatio extincta eſt, licet creditor ſuum à fideiuſſore acceperit:[193] nam hoc caſu quodam modo nomen debitoris vendit ipſi fideiuſſori, qui in plus quàm reus non poteſt obligari, ſed in minus, recte quidem:[194] nec in aliam rem, quam credita eſt.[195] Atque literarum obligatio contrahitur ſcriptura, vel publica, vel priuata, quotiens quis rem quæ vſu conſumitur, quam non recepit, ſe debere vel debiturum ſcribit: intra biennium tamẽ poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ:[196] & tum pecuniæ numerationem probare debet creditor.[197] Atqui ſolo conſenſu fiunt emptio & venditio, locatio & conductio, ſocietas, mandatum. quia in his contractibus ex ſolo conſenſu, ſine rerum traditione oritur obligatio, nec verborum, aut ſcripturæ aliqua proprietas deſideratur, ſed ſufficit

192 Vlpi.li. 17.ff. Mandati.titu.1.l. idemq;.§. fideiuſſores.

193 Pau.eo.tit.ff. l.cum is qui.

194 Vlp. & Paul. li.46.ff.eo.tit.1.l. Græcè. §.illud & l.Hi qui.

195 Iabo.eo.tit.l. ſi ita.

TIT. De literar.obligatione.

196 Iuſt.lib.4.C. de nõ nume.pec. ti.30.l.in contractibus.

197 Anto. li.4.C. de nõ nume.pec. tit.30.l.ſi ex cautione.

TIT. De obliga.ex conſenſu.

cit eos qui negotia gerunt conſentire: [198] néque opus eſt conuentione, ſtipulatione, aut literis: [199] ideo inter abſentes, per nuncium, vel epiſtolam, [200] huiuſmodi fiunt contractus. itaque emptio contrahitur, vel ſolo conſenſu, ſine ſcriptura, quando de rei precio conuentum eſt: ſiue precium numeratum, ſeu non numeratum, aut arrha (quæ a Varrone arrabo dicitur [201]) data, vel non data ſit: ſic vt reliquum reddatur: eſtque prærogatiua precij ſuo tempore perſoluendi: nam quod arrhæ cauſa datur, cõtractam emptionẽ arguit: [202] cuiuſquidem arrhę dandæ cõſuetudinẽ ex eo tempore ductã ſignificat Plinius, quo graui ære populus vtebatur. Et cũ emptionis ſubſtantia ex precio conſiſtat, [203] abſque precij conſtitutione contrahi non poteſt: [204] cuius etiam contractum viciat precij incertitudo, [205] ſed vt primùm de eo conuentum eſt, contracta intelligitur emptio: [206] quæ quoquæ fit, vel in ſcriptis, & ante perfectum emptionis inſtrumentum impunè ab eius conuentione, (niſi iam arrha data ſit,) diſcedit

cedit

198 Caius li. 44. ff. de obli. & act. tit. 7. l. 2. Pau. lib. 19. ff. locat. tit. 2. l. 1. & li. 17. ff. Mãdati. tit. 1. l. 1.

199 Caius li. 20. ff. de pig. ti. 1. l. 4. Paul. lib. 44. ff. de oblig & act. tit. 7. l. in quibuſcũque.

200 Paul. li. 18 ff. de contr. emp. ti. 1. l. 1. in fin. Vlp. li. 6. ff. de rei vend. tit. 1. l. quædam mulier.

T I T.
De emptio. & vẽditio.

201 lib. 5. de lingua Latin.

202 Caius li. 18. ff. eo. tit. 1. l. quod ſæpe.

203 Papi. li. 18. ff. eo. tit. 1. l. pacta.

204 Diocl. & Ma. eod. ti. C. l. empti.

205 Caius d. l. quod ſæpe. § 1.

206 Vlpi. li. 18. ff. eo. tit. l. 2.

ceditur.[207] ſed ſi ſit emptor qui ab ea diſcedat, perdit arrhas, quas dedit: ſi vẽditor, eas duplicatas reddit:[208] emptio quóque fit purè, ſub conditione, in diem.[209] atque rei venditæ periculum etiam antè rem traditam ad emptorem pertinet,[210] niſi venditor rei cuſtodiam vſque dum traderet, ſuſceperit; ſed quicquid accedit rei venditæ, etiam antè traditionem, ad emptorem pertinet[211] ſiquidem in emptionibus rerum, non corpus, ſed vtilitas ſpectatur, ad quam vtilitatem præſtandam, non ad corpus rei, venditor obligatur.[212] & qui emit rem ſacram, religioſam, publicam, ſi ignorans fecit, nõ valet vẽditio,[213] ſed ipſe emptor agit ad id quod intereſt: ſi ſciens, rem commercio exemptam emit, nihil agere intelligitur.[214] nihilominus rei alienę venditio valet, licet præſtari nequeat.[215] Sanè tantam familiaritatem habere videntur emptio & venditio: item locatio, & conductio, vt in quibuſdã queri ſoleat, vtrum emptio & venditio ſit, an locatio & conductio: quæ vt primum de mercede conuentum eſt,

cont

207 Pom.li.18.ff. eo.ti.l. ſed celſus in fin.
208 Iuſt.lib.4.C. de fide inſt. ti.21. l.contractus.
209 Vlpi.eo.tit.l. Hæc venditio.
210 Paul.li.18.ff. deper.& cõmod. rei vendit.tit.6.l. Neceſſario. Iul.li.18.ff.de reſcin.vend.tit.5.l. cũ emptor in fin.
211 Vlpi.li.19.ff. de actio.emp.tit. 1.l. Iulianus. §.ſi Titius. Paul.lib. 18.ff. de pericul. rei vend.titu.6.l. id quod.
212 Vlpi.li.19.ff. de act.emp.l.1.& li.18. ff. de contr. empt.ti.1.l.ſi ita.
213 Pom.li.18.ff. eo.ti.1.l.ſed celſ. & modeſtin.l.qui officij.
214 Paul.li.18.ff. eo.l. ſi in emptione.§.1. & Licini' l.liberi.
215 Vlpi.eo.tit.l. Rem alienam.

TIT. De locatio. & cõductio.

contracta cenſetur,[216] & actio vtrinque naſcitur: nec in hoc contractu ſcriptura neceſſaria eſt:[217] merces tamen debet eſſe certa, ac pecunia numerata,[218] tanti locare poſſum, quanti æſtimabit Titius, qui ſi non æſtimet, contractus nullus erit.[219] ſi vtrinque res vtenda, fruendaue, ſine aliqua mercede datur, vt ſi rem pro alia re locaui, non locatio & conductio dicitur, ſed contractus innominatus: ex quo præſcriptis verbis agitur:[220] ſi prædium tibi perpetuò fodiendum pro aliqua penſione, mihi quotannis præſtanda dedi, Emphyteuſis erit; nam ius emphyteuticum neque eſt alienationis, neque conductionis, ſed tertium quoddam ius,[221] quod appellatur ius perpetuarium,[222] vel temporarium,[223] dum modo modicum non ſit tempus: quod intelligitur, vitæ hominis, nempe centum annorum.[224] à Gordiano,[225] perpetua conductio dicitur: & totius rei emphyteuticariæ interitus ad dominum, partis verò ad colonum, pertinet.[226] ſed ſi rei dominium transferat

216 Caius lib. 19. ff. eo. tit. 2. l. 2.

217 Diocl. & Ma. li. 4. C. eo. ti. 45. l. contractus.

218 Vlpi. li. 16. ff. depoſi. tit. 3. l. 1. Paul. li. 19. ff. præſcri. verb. tit. 5. l. naturalis.

219 Caius li. 19. ff. eo. ti. 2. l. ſi merces.

220 Vlpi. li. 19. ff. præſc. verb. ti. 5. l. ſi gratuitam. l. ſi rem. §. ſi cum.

221 Zeno li. 4. C. de iur. emphyt. ti. 66. l. 1.

222 Iuſti. li. 11. C. eo. tit. 70. l. 1, 2. 3.

223 Pau. li. 6. ff. ſi ager vectigal. tit. 3. l. fin.

224 Caius li. 7. ff. de vſufruct. tit. 1. l. an vſufructus.

225 lib. 4. C. locati tit. 65. l. viam.

226 Zeno lib. 4. C. de iur. emphy. tit. 66. l. 1. in fin.

feratur, erit emptio: quia rei locatæ non transfertur neque dominium, neque poſſeſsio. atque omnia pacta in locatione facta ſeruari debent, ſicut & in emptione.[227] & ſi quid omiſſum ſit, ex bono & æquo illud ſuppletur.[228] neque conductor, re caſu fortuito perempta, vel leuiſsima culpa tenetur: ſecus ſi ſit in leui, vel lata culpa:[229] nec morte conductoris finitur locatio, ſi adhuc tempus locationis non ſit elapſum.[230] Alia autem ſpecies contractus, qui fit conſenſu appellatur ſocietas, hoc eſt (vt Tullius ait) duorum, pluriumue conuentio honeſtè, contracta ad vberiorem quæſtum, & commodiorem vſum: quæ fit, vel de omnibus bonis, vel de negotiatione aliqua, de quadam re particulari, perpetuò, ad tempus:[231] & omnibus his caſibus ſocij, hoc eſt, quos inter res communicata eſt,[232] tenentur non de caſu, ſed nomine culpæ, ideſt deſidiæ, ac negligentiæ:[233] Et illi habent æquales partes lucri & damni, niſi aliter conueniant.[234] tum valet pactum, quòd vnus duas

partes

227 Vlp. & Caius li. 19. ff. eo. ti. 2. l. videamus. §. fina. & l. ſi merces. §. conductor.

228 Pau. li. 19. ff. eo. ti. 2. l. ſi in lege Anto. lib. 4. C. eo. ti. 65. l. 2. & Dioc. & Ma. l. præſes.

229 Dioc. & Ma. li. 4. C. eo. ti. 65. l. in iudicio.

230 Labeo & Vl. li. 19. ff. eo. tit. 2. l. cum in plures. §. hæredē l. ſed addes. §. pen. Gord. li. 4. C. eo. ti. 65. l. viam.

TIT.
De ſocietate.

231 Paul. & Vlp. li. 17. ff. eo. tit. 2. l. 1. & l. ſocietas cō trahitur.

232 Tullius verrina 5.

233 Caius lib. 17. ff eo. ti. 2. l. ſocius ſocio.

234 Vlpi. & proculus eo. tit. ff. l. ſi non fuerint l. quod enim.

partes lucri,& damni, alius verò vnã, vel vnã partẽ damni tantùm,vel duas partes damni & vnam lucri tãtùm habeat. nam quorũ opera in ſocietate eſt præſtantior,eos meliori cõditione eſſe conuenit:nec lex improbatur,vt vnus ex ſociis damni ſit expers, lucri verò particeps.[235] quòd intelligitur, quicquid deductis omnibus damnis ſupereſt:[236] nec reſpuitur conditio,qua vnus pecuniam,alter vero nihil præter operam det, & tamẽ cõmune ſit inter eos lucrum.[237] ſecus qui plus contulit, plus habere debet emolumenti, quemadmodũ & habiturus eſt plus periculi.[238] poteſt quoq; ſic coiri ſocietas vt nullã partẽ damni alter ſentiat, lucrum verò commune ſit. quòd ſi partes tantùm lucri exprimantur, cenſentur eſſe in damno repetitæ: atq; ſocietas omniũ præſentia & futura cõtinet, ſiue ex queſtu, ſiue ex donatione, vel ex ſucceſsione, aut qualibet alia ratione obueniãt.[239] oportet etiam in hac ſocietatis ſpecie,meminiſſe omniũ bonorũ:[240] nam ſi ſimpliciter coita fuerit ſocietas,& ſine vlla diſtinctione,vi-

235 d.l.ſi nõ fuerint.

236 Paul.li.17.ff. eo.ti.2.l.Mutius.

237 Diocl.& Ma. li.4.C.e.ti.37.l.1.

238 Pau.li.50.ff. de reg.iur.tit.17. l.ſecundũ naturã,

239 Paul.& Vlpi. li.17.ff.eo.tit.2.l. 3.l. ſi ſocietatem vniuerſorum.

240 d.l.3.

detur quidem coita vniuerſorum, ſed eorũ duntaxat, quæ ex queſtu veniũt, vel opera cuiuſq; deſcendũt, [241] & ſic non cõprehenduntur legata, hæreditates, vel donationes, [242] nec æs alienum, niſi quod ex queſtu pẽdebit. [243] & licet omniũ bonorum ſocij ſint, nemo tamen plus parte ſua alienare poteſt. [244] Et quandiu conſenſus durat, tandiu ſocietas permanet: quæ diſſoluitur primo, ſolo diſſenſu, [245] ſecũdo, renũciatione ſine aliqua fraude facta, [246] nam qui per fraudem, aut intẽpeſtiuè renunciat, à ſe quidẽ ſocios ſuos liberat, nõ ſe ab illis. [247] Tertiò, vnius ſocij morte, etiam ſi plures adhuc viuant. Quartò, negociatione in qua coita erat ſocietas finita. poſtremò, ceſsione, aut publicatione bonorũ vnius ſocij. [248] Mandati quoq; obligatio, contrahentiũ voluntate cõſiſtit: [249] & interponitur, vel mandantis gratia, cùm mando, vt aliquid mea gratia facias: gratia vtriuſq; coniunctìm, mandantis & mandatarij: vt cum mando tibi aliquid, quòd vtriuſq; noſtrum reſpicit vtilitatem; vel gratia aliena velut cum

mand

241 Vlpi. & Paul. li. 17. ff. eo. tit. 2. l. coire & l. ſequẽt.

242 Vlp. li. 17. ff. eo l. nec adiecit. l. & ita de hæredi tate.

243 Pau. eo. tit. ff. l. ſed nec æs.

244 Caius eo. tit. ff. l. nemo & ſocius

245 Calliſtratus eo. tit. ff. l. itaque.

246 Modeſt. & Vlpia. eo. tit. ff. l. 4. & l. verum eſt §. fin.

247 Pau. eo. tit. ff. l. ſed & ſocius.

248 Pau. eo. ti. ff. l. actione. §. publicatione.

TIT. De mandato.

249 Paul. li. 17. ff. eo. tit. 1. l. 1.

mando, vt Titij negotia geras: aut gratia aliena & mandantis, quandó mandaui tibi, vt mihi & Titio domum emas: ſeu gratia tua & aliena: quando mandaui tibi, vt Titio pecuniam ſub vſuris crederes: ſiue gratia tua tantum, vt ſi tibi mandaui tua cauſa vt aliquid facias: ſed hoc mandatum non obligat [250] ſicut nec rei turpis mandatum, quod nullum eſt, ideo nec obligatorium. [251] mandans pro ea tantum ſumma, quam mandatum comprehendit, vel etiam pro minore, ſed non pro maiore obligatur. [252] quodquidem mandatum re integra, vel alterutrius morte reuocari poteſt: [253] & ſi mandatarius ignoret mandantis mortem, atque mandatum per ignorantiam impletum ſit, competit actio vtilitatis cauſa, [254] neque in mandante priùs obligatio conſtituta eſt, quàm impletum ſit mandatum, vel ſaltem impleri ceptum: quòd quidem liberum eſt non ſuſcipere, (de quo Cicero. [255] copioſe diſſerit) ſed ſuſceptum exequi debet, niſi quamprimum renuncietur.

250 Caius li. 17. ff. eo. tit. 1. l. 2.

251 Vlp. & Paul. li. 17. ff. eo. tit. 1. l. ſi remunerãdi. §. ſi paſſus l. ſi vero non remunerãdi. §. ſi adoleſcẽs l. ſi mandauero tibi. §. qui ædem.

252 Pau. & Caius li. 17. ff. eo. l. 3. l. 4.

253 Paul. Iulia. & Caius li. 17. ff. eo. l. ſi mandaſſem. l. inter cauſas l. ſi quis. §. 3. Diocl. & Max. li. 4. C. de obliga. & act. ti. 10. l. ſicut.

254 Paul. li. 17. ff. eo. tit. l. ſi præcedente.

255 In oration. pro Roſcio Amerino.

[256] atque in diem diferri, & ſub conditione fieri poteſt, [257] ſed gratuitum eſſe debet, nam ex officio, & amicitia trahit originem: alias ſi pro mercede ſuſcipiatur erit locatio. [258] ob eamque cauſam Papinian. ait [259] procuratorem cui ſalarium eſt conſtitutum, non mandati formula, ſed extrà ordinem illud petiturum. Iam enumeratis his contractuum generibus, qui fieri ſolent conſenſu, dicendum ordine ſequitur, de illis obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur: vt actio negotiorum geſtorum directa, quæ datur ei, cuius negotium ſine illius mandato geſtum eſt: contraria, quæ datur geſtori, pro eo quòd impendit: nam ſi quis abſentis negotia geſsit, licet ignorantis, tamen quicquid vtiliter in rem eius impenderit, vel ſe obligarit, eo nomine actionem habet, [260] ſed is ſi alius ſine illo geſturus erat, culpam etiam leuiſsimam præſtare cogitur. [261] Et licet inter pupillum & tutorem nullum poſsit contrahi negotium: [262] nihilominus actio tutelæ directa

256 Pau.& Caius li.17.ff. eo.tit.1.l. ſi mandauero in fin.l.ſi quis § 2.
257 Pau.eo.ti.l.1.
258 Iabo.eo.ti.l. ita vt §.1.
259 Eo.tit.l.ſalarium.

TIT.
De obligati. quæ quaſi ex contractu.

260 Caius li.3.ff. de negot. geſt.ti. 5.l.2. Seuer.& Anto.li. 2.C.de neg. geſt. tit.19.l.2.
261 Iulia.& Pom. lib.3. ff. de nego. geſt.ti.5.l.ſi pupilli.§. videamus & l.ſi negotia. Diocl. & Max.li. 2.C de neg. geſt. tit.19.l.Tutori.
262 Caius li.44. ff de oblig.& act. ti.7.l.4.§. tutelæ. Vlpi.lib. 26.ff.de autho. tutor.ti.8. l.pupillus.

directa pupillo datur, finita tutela contrà tutorem, de eo quòd adminiſtrauit: & tutori contraria viciſsim contra pupillum, de eo quòd impendit.[263] Item communi diuidundo iudicium exercetur inter eos, qui rem aliquam communem ſine ſocietate habent, vt res diuidatur, vel impenſæ in rem factæ pro parte reſtituantur.[264] ſicut familiæ erciſcundæ, inter hæredes, vt hæreditas diuidatur, vel id quòd in hæreditate factum eſt reſtituatur. deinceps quaſi ex contractu actiones, ex teſtamento, rei vindicatio, & hypothecaria legatario pro legato conſequendo, contra hæredem dantur, is enim adeundo hæreditatem, quaſi contrahere videtur.[265] indebiti quóque conditio datur, ad repetendum illud, quòd per errorem indebitè ſolutum eſt:[266] hoc tamen indebitum non repetitur, ſi ſcienter, propter ſententiam, tranſactionem ob iuramentum, ob cauſam, quæ infitiatione creſcit,[267] vel ob piam cauſam ſolutum ſit. Sed hactenus de obligationum generibus, quæ ex contra-

263 Vlp. li. 27. ff. de contr. & vtili. actio. tutel. tit. 4. l. 1. §. finito.

264 Caius & Vl. li. 10. ff. cōmu. diuidund. tit. 3. l. 2. & l. 3.

265 Vlpi. & Paul. li. 42. ff. quib' ex cauſ. in poſſe. eat. ti. 4. l. apud Iulianum §. fin.

266 Iul. lib. 12. ff. de cōdi. indeb. ti. 6. l. ſi in area.

267 Dioc. & Ma. li. 4. C. de condit. indebi. ti. 5. l. 4.

TIT.
Per quas perſon. oblig. nob. acqui.

ctu, vel quaſi fiunt: nùnc verò ſupereſt dicendum obligationem nobis acquiri per nometipſos, per liberos, quos in poteſtate habemus, vel ex aduentitio peculio, quo vſumfructum tantum: profectitio, quo vſumfructum & proprietatem, caſtrenſi, quo nihil nobis acquirunt.[268] Per ſeruos, qui nobis omnia acquirunt,[269] & obligatio indefinitè a communi ſeruo queſita, ſingulis dominis pro rata domini parte acquiritur:[270] Atque per eos, quos bona fide poſſidemus, ſi ex re noſtra, vel ex operis ſuis acquirant. Veruntamen ſicut inducendæ obligationis, ita & diſſoluendæ ac tollendæ modus ſciri debet. Itaque omnis obligatio tollitur eius rei quæ debetur ſolutione:[271] vel etiam alterius rei volente creditore, nam aliud pro alio rectè ſoluitur:[272] nec propterea datio reuocatur, ſi aliquando pluris rem vendidiſſe is qui accepit dicatur, quàm ei deberetur.[273] ſiue ab ipſo debitore, ſiue ab alio debitore etiam inuito.[274] ſiue a fideiuſſore, ſiue

268 Iuſt.lib.6. C. de bonis quæ lib. tit.60.l. cū oportet.

269 Iul.lib.45.ff. de ſtipu. ſeruo.ti. 3.l.1.& paſsim.

270 Vlp.li.45.ff. de ſtipul. ſeruo.l. ſeruus cōmunis l.proinde.

TIT. Quib.mod.tollit. obligatio.

271 Pom.li.46.ff. de ſolu. titu. 3.l. prout.

272 Paul.li.23.ff. de iur.dot.ti.3.l. ſi ei nuptura. Diocl.& Maxi.li. 8.C.tit.43.l. manifeſti.

273 Dioc.& Ma. li.8.C.de ſolutio. tit.43.l.ſucceſſores & l.penult.

274 Caius li.46. ff.de ſolutio.ti.3. l.ſoluere. & li.3. ff.de neg.geſt.tit. 5.l.ſoluendo.

[275] ſiue ipſi creditori, aut alij eius mandato ſoluatur. [276] Item acceptilatione, [277] (quæ Græcè fieri poteſt. [278]) nedum præſentia, ſed & futura tolluntur. [279] cum hoc modo debitor interrogat: acceptum fers quod debeo, ſeu acceptum habebis ſi tibi domum ædificauero? & creditor reſpondet, acceptum fero: vel acceptum habebo. hæc tamen acceptilatio ad illas tantùm ſtipulationes, vel obligationes pertinet, quæ verbis ſunt contractæ: neque enim id verbis tolli poteſt, quod non verbis contractum eſt. [280] vt ſi obligatio ſit re, literis, aut conſenſu facta, de illa acceptilatio fieri nequit, niſi ea in verborum obligatione deducatur, ita, quod mihi debes ex vendito, promittis per ſtipulationem. Et debitor promittit, qui poſtea ſic interrogat, quod tibi debeo acceptum ne fers? & creditor reſpondet acceptum fero. Inſuper nouatione tollitur obligatio cum vna obligatio in aliam ciuilem, vel naturalem, nouandi cauſa transfertur: quia omnes

275 Paul.li.46.ff. de fideiuſſ.tit.1.l. cum is.

276 Gord.li.8.C. de ſolut. tit. 43.l. nihil intereſt.

277 Pom.lib.46. ff.de ſolu.l.penu. & de accept. ti.4. l.1.& paſsim.

278 Vlpi.li.46.ff. de accept.tit.4.l. an inutilis in fin.

279 Pom.li.46.ff. de accept.tit. 4.l. quod in diē & ti. de ſolu.l.ſub conditione.

280 Vlpi.li.46.ff. de accepti.tit.4.l. an inutilis. Gordia. lib.4.C. quand. liceat ab emp.diſced.ti.45. l.1.

res poſſunt tranſire in nouationem, [281] quæ triplex conſtituitur: nempe vnius perſonæ obligatione, in alterius perſonæ obligationẽ: vel cum alterius generis obligatio, in verborũ obligationem nouatur. Tertio, cum verborum obligatio in alteram formam ita commutatur, vt ei adiiciatur, vel detrahatur. & non tantum veterem obligationem, verum etiam omnes adiunctas conditiones extingui: ſiquidem & vſurarum curſus cohibetur, hypothecæ, ac pignora liberantur. [282] neque pœna ex priore obligatione ampliùs committi poteſt: [283] & mora antè in eo quòd promiſſum erat præſtando commiſſa, purgatur: [284] per ſecundam autem obligationem nouatam etſi inutilis ſit: [285] prima tollitur. [286] olìm fiebat nouatio, ſi ſecunda obligatio aliquid præter primam contineret, vel ſi alia perſona id promittebat, quòd primò obligatus promiſerat. hodiè vero, non præſumitur nouatio niſi hoc exprimant contrahentes. [287] poſtremò obligationes nudo conſen-

ſu-

281 Vlp. li.46.ff. de nouationi. tit. 2.l.1.& 2.

282 Paul. & papi. li.46.de nouatio. tit.2.l. nouatione & l.emptor.

283 Iul.lib.46.ff. de nouationi.l.ſi creditor.

284 Vlpia.l.quoties eo.ti.2.

285 Papi.li.46.ff. de fideiuſſor. tit. 1.l.ſi titius in fin.

286 Vlp.li.46. de nouationib.tit.2. l.ſi ſticum §.vlti.

487 Iuſt.lib.8.C. de nouationi. tit. 42.l.fin.

ſu contractæ, nudo conſenſu diſſol-uuntur:[288] vt emptio, venditio, locatio; conductio, ſocietas, mandatum. Quòd verum eſt quando res adhuc tradita non eſt, alias ſi res tradita fuit, obligatio non tollitur niſi res ipſa retrotradatur.

288 Neratius li. 2. ff. de pact. ti. 14. l. Ab emptione. Vlpi. lib. 50. ff. de regu. iur. tit. 17. l. nihil. Gordia. lib. 4. C. quand. lic. ab emptio. diſced. titu. 45. l. 1.

FINIS LIB. III.

DIVISIONES IN LIBRVM QVARTVM IVSTINIANI IMP. INSTITVTIONVM.

1 TIT.
De obligat. quæ ex delicti.

OBLIGATIONES quæ ex contractu oriuntur, ſuperiori loco ſunt quadripartitæ, ex Caij reſponſo, [1] nempè, re, literis, verbis, & nudo conſenſu: quæ autem ex maleficio, omnes vno ex genere, nempè ex re naſcuntur [2] ex ipſo videlicet maleficio: quodquidem quatuor modis committitur, facto, ſeu dicto, vel conſilio, aut ſcriptura. veluti ex furto, rapina, damno, & iniuria. furtum naturali lege prohibitum, [3] aut manifeſtum eſt, ſi in furto committendo, vel in loco vbi furtum committit fur, deprehendatur: vel rem furtiuam viſus ſit tenere, ſiue in priuato, ſiue in publico loco, [4] neque niſi in rebus corporalibus admittitur, quippè quæ poſſunt contrectari. [5] Aut non manifeſtũ eſt, vt cum fur poſtquàm rem pertulit, quò

1 libr. 44. ff. de actionib. & oblì. ti. 7. l. 1.

2 Caius lib. 44. ff. de oblig. & actio. tit. 7. l. 4.

3 Paul. li. 47. ff. de furt. tit. 2. l. 1.

4 Vlpi. li. 47. ff. de furt. ti. 2. l. 3. & l. 5.

5 Pom. li. 47. ff. de furt. titu. 2. l. ſi is qui ſimulabat.

quò deſtinarat, deprehenditur. aliud conceptum quod erat, quando res furtiua præſentibus teſtibus queſita, & inuenta erat. oblatum aliud, quando quis mihi rem furtiuam obtulerat, vt apud me reperiretur. aliud prohitum, cùm rem furtiuam querere volentem aliquis prohiberet: aliud deníque non prohibitum, cùm quis rem furtiuam apud ſe inuentam, non exhiberet: hodiè hæc furtorum genera in diſſuetudinem abierunt, & in crimen furti incidit creditor, qui pignore: depoſitarius, qui depoſito commodatarius, qui commodato, ad alium vſum, quam acceperat contra domini voluntatem vtitur: [6] qui ſeruo conſuluit vt rem tuam ſurriperet, & ad me perferret, [7] nam quicúmque rem furtiuam ſciés recepit, celátque, furti tenetur, [8] quòd idem eſt ſi quis eos quos in poteſtate habemus, ſurripiat: ſi debitor rem quam pignorauit ſurripiat: [9] ſi opem & conſilium furti faciendi quis dederit: ſiue filiofamilias, ſiue vxori: ſecus ſi conſilium tantum. [10] ex quo Cicer. ſcribit. [11] Indè illa actio ope, cōſilioq;

tuo

6 Caius lib.47.ff. de furt.ti.2.l.ſi pignore.

7 Iuſt.lib.6.C.de furt.ti.2.l. ſi quis ſeruo alieno. & Vlpi.lib. 47.ff.de furt.ti.2.l.in furti

8 Diocl.& Maxi. li.6.C.de furt.tit. 2.l.eos qui.

9 Pau.Vlp.& Iul. li.47.ff.de furt. titul.2.l.creditoris §.vlt.l.in actione. & l.ſi is qui.

10 Vlp. lib.47.ff. de furt.l.qui ſeruo.§.1.& l.ſi quis

11 li.3. de natur. deor.

tuo furtum animo factum eſſe. Item ſi is qui in poteſtate noſtra eſt, nobis ſurripiat: ſed hic furti non obligatur, licet furtum faciat[12] quia inter patrem & filium, dominum & ſeruum, nulla de re iudiciũ datur.[13] ſi impubes furtum fecit & ſit pubertati proximus, intelligens ſe delinquere:[14] non enim facti, ſed faciendi cauſam Vlpian. ſpectat.[15] ſed cauſa furti eſt auaritia, quæ in eam ætatem non cadit. furti autem actio conceditur rei furtiuæ domino, vel ei cuius intereſt, licet dominus non ſit.[16] creditori pro pignore ſurrepto:[17] ſartori, qui veſtimenta ſarcienda, vel fulloni, qui ea pollienda accepit:[18] ſi ſint ſoluendo, non domino rei: nam fullo, & ſartor locati actione ad rem integram domino præſtandam tenentur:[19] omnibus denique competit hæc actio, quorum periculo res alienæ ſunt; vt locati, commodati, pignoriſue accepti, ſi ex ſurreptæ ſint: condictio autem ei demum qui dominium habet:[20] in commodatarium:[21] cui quoque hæc competit actio, ſi à domino ſciente commodatum

12 Pau. & Vlp. li. 47. ff. de furt. ti. 2. l. ne filiofamilias. l. ſerui l. q ſeruo. Pau. lib. 25. ff. rer. amo. tit. 2. l. 1. Diocl. & Ma. li. 5. C. rer. amot. ti. 21. l. diuortio.

13 Caius lib 5. ff. de iudic. titul. 1. l. lis nulla.

14 Vlp. lib. 47. ff. de furt ti. 2. l. impuberem. Caius li. 50. ff. de regu. iur. tit. 17. l. pupillum. Vlpi. lib. 9. ff. ad l. aquil. titu. 2. l. ſed etſi. Mæcian. li. 29. ff. ad ſyll. ti. 5. l. Excipiuntur.

15 libr. 47. ff. de furt. l. verum.

16 Vlp. lib. 47. ff. de furt. l. cuius.

17 Vlpi. lib. 47. ff. de furt. l. eũ qui.

18 Vlp. & Tabo. li. 47. ff. de furt. l. ita quė fullo. l. fullo.

19 d. l. fullo.

20 d. l. cum qui §. qualis.

21 Iuſt. li. 6. C. de furt. tit. 2. l. vltim.

tum

tum ſurrectum commodati conuenia tur. Item bonæ fidei emptori:[22] depo nenti, non depoſitario:[23] qui non cu ſtodiam, ſed fidem duntaxat præſta re cogitur: daturque pro furto non manifeſto (cuius tota actio eſt ciuilis) in duplum: pro manifeſto, (cuius to ta actio eſt prætoria) in quadruplum, vltra ipſam rem furtiuam: pro re ve ro ſurrepta aduerſus furem condictio furtiua; quæ ſoli domino conceditur;[24] ſiue rem habeat, ſiue non ad uerſus quemlibet rei poſſeſſorem po teſt vendicatio competere, quæ ipſam rem, actio verò quæ pœnam per ſequi tur.[25] neque interim ex maleficiis pœ nales actiones in hæredem rei com petunt, apud Iuſtinian.[26] ſed hæredi bus non denegantur: hinc orta que ſtio, quam Cicer. obiicit:[27] illuſeras heri inter ſcyphos quod dixeram eſſe controuerſiam poſſetne hæres quod furtum antea factum eſſet, rectè fur ti agere. Sicet autem furta omnia apud veteres Aegyptios licita fuiſſe, & Spar tanis Lycurgum ea impunita voluiſſe: Gellius legiſſe ſe in Ariſtonis iure- conſul

22 d. l. Itaque.
23 d. l. eum qui §. is autem.
24 Vlp. li. 13. ff. de condict. furtiu. ti. 1. l. 1.
25 Vlp. li. 13. ff. de condict. furt. ti. 1. l. ſi pro fure. §. furti & l. in cōditiōe Diocl. & Maxi. li. 6. C. ti 2. l. ancillę
26 lib. 4. Inſtitutio. tit. de perpet. & tempor. actio. §. non autem.
27 Ad trebatium Epiſtola 7.

conſulti libris ſcripſerit, tamen Plato [28] volebat, eum qui furem noctu domum furandi cauſa ingredientem interfecerit, extra culpam eſſe: & qua pœna Drago Athenienſis in legibus populo Athenienſi ab eo latis fures afficiendi, & qua poſtea Solon, ac item decemuiri Romani, qui 12. tabulas ſcripſerunt, videre eſt Gellium [29] & eadem de re copioſiſsimè Alexand. ab Alexand. [30] Verum qui res alienas rapit, furti quóque actione tenetur: [31] necnon fur improbus appellatur, nam fur clàm facit, ac timide, vel digito rem contractat, raptor palam, atque multis ſpectantibus vi rapit, aut rem alienam, & ob hoc furtum manifeſtè factum conuenitur furti, ſeu vi bonorum raptorum actione, in quadruplũ ſi non manifeſtè, in duplum tantum [32] vna tamen actione electa, aliæ pro eo quòd iam ſolutum eſt tolluntur. & hoc iudicium vi bonorum raptorum à prætore inſtitutum (cuius ædictum annuum erat quamquã perpetuum poſtea factum eſt) intra annum, in Quadruplum, poſt annum, in ſimplum datur.

28 Plato lib. 9. de legib.

29 lib. 11. cap. 18.

30 lib. 6. cap. 10.

TIT. De vi bonor. raptorum.

31 Vlpi. lib. 47. ff. eo. ti. 8. l. 2. §. pen.

32 Paul. li. 47. ff. eod. tit. 8. l. 2.

tur. [33] aut rapit rem propriam: & tùm prædictis actionibus non conuenitur, ſed tantùm rei ſuæ dominio priuatur, [34] ille verò qui rem alienam putans ſuam rapit, eam, & tantundem cogitur reſtituere, omnibúſque furti actio competit, qui vi bonorum raptorum actione experiri poſſunt. [35] Iudicium quóque damni iniuria dati per legem Aquiliam conſtitutum eſt, [36] ab ipſo Aquilio authore, quo capite damnũ, niſi dolo, culpauè cum iniuria datum, non vindicatur: [37] & iniuria pro culpa lata, vel leui, ſeu leuiſsima, quæ non in negligendo, ſed in faciendo conſiſtit. Is tamen qui damnum dedit, ſi aliquod lucrum eſt conſequutus, alia actione obligatur. Item ſi caſu fortuito, vel ob aliquam cauſam, Titius occidatur, vt ſi quis colluctatione, vel pancratio, vel pigilles, dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit: ſiquidem in publico certamine ceſſat Aquilia: [38] quia gloriæ, & virtutis cauſa, non iniuriæ gratia, videtur damnum datum: & quòd caſu magis quàm culpa videtur factum, non hac legis

I aquiliæ

33 Vlp. lib. 47. ff. eo. ti. 8. l. 2. Valer. & Gallienus itẽ Diocl. & Max. lib. 9. C. eo. ti. 33. l, 2. & l. 3.

34 Valen. Theo. & Arcad. li. 8. C. vnde vi tit. 4. l. ſi quis in tantam.

35 Vlpi. lib. 47. ff. eo. titu. 8. l. 2. §. & generaliter.

TIT. III
De lege Aquilia.

36 Vlp. li. 9. ff. eo. tit. 2. l. 1.

37 Pau. li. 9. ff. eo. tit. 2. l. qui occidit §. vltim.

38 Vlp. li. 9. ff. eo. tit 2 l. qua actione. §. ſi in colluctatione.

39 Alphenus l. ſi ex plagis §. vlti. eodem tit. 2

40 Vlp. li. 9. ff. eo. ti. 2. l. itē ſi in fin.

41 Pau. li. 9. ff. eo. l. ſi putato.

42 Caius lib. 9. ff. eo. ti. 2. l. idē iuris

43 Vlpi. & Caius lib. 1. ff. de offic. præſ. ti. 18. l. illici tas & lib. 9. ff. eo. ti. 2. l. qua actiōe. & l. ſequent.

44 Caius lib. 9. ff. eo. ti. 2. l. idē iuris

45 Caius li. 50. ff. de reg. iur. tit. 17. l. imperitia. Iul. li. 19. ff. locati ti. 2. l. ſi qs fundū. Vlpi. li. 9. ff. eo. ti. 2. l. ſi ſeruus.

46 Vlpi. & Iul. li. 9. ff. eo. ti. 1. l. Ait lex. l. Inde Nerati⁹. §. 3 & l. ita vulneratus.

47 Vlp. li. 9. ff. eo. l. ſi ſeruus.

aquiliæ pœna punitur: [39] qua interim tenetur is, qui telo tranſeuntem occidit, dùm ſe alibi, quàm in loco conſueto exerceret. [40] Ideoque Cicer. ad Trebatium ſcribit, iacere telum eſſe voluntatis, ferire quem nolueris, fortunæ. Item hæc actio exercetur in eū, qui ex arbore deiecto ramo, tranſeuntem per viam publicam enecauit, ſi non proclamauit: [41] qui ſerui quem ſanandum ſuſceperat curationem reliquit, & ita mortuus eſt: [42] qui aliquem male curauit, ob idque mortuus eſt: [43] qui propter impetum, vel imperitiam mulas retinere non potuit: [44] nam peccatum imperitia commiſſum, culpæ attribuitur. [45] competit quóque hæc actio, pro corpore occiſo, & ſi homo ſit, etiam criminaliter lege cornelia agi poteſt, ſi aliud animal, quanti plurimi fuit in eo anno quo occiſum eſt: [46] meáque intereſt pro omni damno, quòd occiſi corporis cauſa contigit. Item pro omni damno, quòd in re aliqua datum eſt, quanti à proximis triginta diebus res fuerit, tanti lis æſtimatur: [47] & hoc legis capite agitur

de

de omnibus animalibus læſis. [48] huiuſmodíque actio directa dicitur, cum quis corpore ſuo in aliud corpus damnum dedit: vtilis, ſi quis aliter quam ſuo corpore aliquod corp9 læſit, quòd ſi damnum aliter illatum eſt, quàm de corpore in corpus, in factum actione agere oportet. Inter priuata etiam iudicia, (de quibus copioſe Vallerius) [49] iniuriarum querela eſſe conſtat: iniuria autem dicitur, quicquid iure non fit, ſiue culpa, ſiue contumelia, ſiue iniuſtitia: [50] infertúrque aut re, ideſt facto, vt ſi quiſpiam in me manũ coniicit, & huiuſmodi iniuria manu illata lege Cornelia continetur: [51] vel bona mea ſciens me nihil debere poſsidet. [52] aut verbis, vt cum quis conuicio aliquo me laceſsit. [53] aut ſcriptura, cũ quis in mei infamiam aliquid ſcribit: [54] quòd lex 12. tab. capite ſanxit, vt ex his Ciceronis verbis, ex libro de repub. quarto ſumptis Auguſtinus docet [55] adeò vt ſi quis occentauiſſet, aut carmen condidiſſet, quod infamiam pareret, flagitiumque alteri, capitale erat authore Alex. ab Alexan.

48 Vlpi. eo. tit. l. quemadmodum.

TIT. IIII De iniuriis.

49 lib. 8. cap. 2.

50 Vlp. lib. 47 ff. eo. ti. 10. l. 1.

51 Vlpi. lib. 47. ff. eod. titu. 10. l. lex Cornelia.

52 Vlpi. lib. 47. ff. eo. l. item apud. §. ſi quis bona.

53 d. l. Item apud §. 1.

54 d. l. lex Cornelia eodem tit.

55 lib. de ciuitate Dei. 11.

56 lib. 6. cap. 10. [56] hinc illud Trebatij apud horatium, Si mala condiderit, in quem quis carmina, ius eſt iudiciumq́;. aut conſilio, quandò quis curauit, vt iniuria afficerer; [57] quæ porrò fit vel directo, vt cũ nos ipſi afficimur iniuria, quo caſu agimus in eum qui eam intulit, ſiuè ſciat, ſiuè ignoret cõditionem noſtram. vel per conſequentiam, vt ſi liberis quos in poteſtate habemus, vel vxori noſtræ iniuria ſit illata; [58] vel ſi ſeruis propriis, aut communibus: [59] vel ſi filiæ nuptæ, patri, & marito competit: [60] contra, vxor nequit agere pro viro [61] nam vxores virorum, non viri vxorum dignitatem participant. Si quis demùm matremfamilias, prætextatã, prætextatumue aſſectatur, tenetur iniuriarum; [62] quemadmodùm & ſi quis tàm maſculum, quàm fœminam impudicos facere attentauerit, eodem iudicio teneri Vlpianus reſpondet. [63] ſicut & illum, qui non repellit a ſocio iniuriam, ſi poteſt, vt ait Ambroſius in officiis: & tam eſt in culpa, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat [3] ex ex quo Solon beatam illam remp.

57 Vlpi. lib. 47. ff. eo. titu. 10. l. Non ſolum. §. ſi mandato.

58 Neratius eod. tit. ff. l. pater.

59 Vlp. eo. titu. l. itẽ apud. §. ſi quis ſic fecit.

60 Alex. lib. 9. C. eo. tit. 35. l. 2.

61 Paul. li. 47. ff. eo. tit. 10. l. 2.

62 Vlp. lib. 47. ff. eod. tit. 10. l. item apud. §. aliud.

63 lib. 47. ff. eo. l. ſed eſt quæſtionis. §. vltimo.

3 Cic. 1. offic.

ſempubli. putabat, in qua quiſque iniuriam alterius, ſuam exiſtimaret. hinc maiores publicas accuſationes, & populares actiones eſſe voluerunt. neque datur hæc actio, contra ignorantem, [64] ſed contra ſcientem conditionem noſtram: pro quo agitur pecuniariter, & extra ordinem, quia duplex ex delictis naſcitur iudicium. [65] Nec vnum tollit alterũ: [66] ciuile enim ad rem familiarem pertinet, & ad damnum datum ſarciendum: criminale, ad vltionem ipſius maleficij: vna tamen actione electa, alia tollitur. [67] vtraque verò extinguitur, per diſſimulationem, & per anni lapſum. [68] Ac tametſi iniuriarum cauſa non publici iudicij, ſed priuati querelam continet, [69] nihilominus extraordinarium iudicium eius criminale, conſtituit pœnam extraordinariam, [70] hoc eſt exilium, aut relegationem, vt ait Caius [71] adeò vt hodiè iniuria extraordinẽ, ex cauſa & perſona ſtatui ſolet, proinde humilioris loci fuſtibus ſubiiciuntur, cæteri vel temporali exilio, vel certe rei interdictione coercentur. [72]

64 Vlpi. eo. tit. ff. l. 3. in fin.

65 Vlpi. lib. 47. ff. de priuat. delict. tit. 1. l. 2.

66 Valen. & Gratia. li. 9. C. quãd. ciuil. act. tit. 31. l. vnica.

67 Paul. & Vlp. li. 47. ff. eo. tit. 10. l. quod ſenatuſconſultum & l. prætor. §. 1.

68 Dioc. & Max. li. 9. C. eo. ti. 35. l. ſi non conuicij.

69 Dioc. & Max. li. 9. C. eo. tit. l. iniuriarum.

70 Zeno eo. C. l. vltim.

71 eo. tit. ff. l. qui iniuriarum.

72 Hermogenia. eo. tit. ff. l. vlti.

Ciuile quóque iudicium in hac actione datur, ad intereſſe, quòd æſtimatur, ex qualitate perſonæ,[73] vulneris,[74] loci, temporis, facti, quòd in æſtimanda iniuria primo loco perpenditur:[75] Claudianus,[76] & Fabius,[77] enumerant ſeptem circonſtantias factorum, quibus creſcit, vel minuitur delictum, nempe cauſam, perſonam, locum, tempus, quantitatem, qualitatem, euentum. Eſt præterea quaſi ex delicto obligatio; cuius tota ferè tractatio deſcripta eſt ex vno Caij reſpõſo.[78] Et plerúmque alterius ex culpa naſcitur, qua obligatur primò, iudex per imprudentiam male iudicans, tenetúrque quatenus ex æquo & bono viſum fuerit, de quo Cicero.[79] & tùm litem ſuam facere iudex cẽſetur, cùm dolo malo in fraudem legis ſententiã dicit,[80] ac quaſi ex delicto obligatur,[81] nam imprudentia eſt culpæ ſpecies, culpa verò pars quædam delicti: qui autem largitione vel gratia inductus perperam iudicauit, in litis æſtimationem damnatur,[82] quod ſi pecuniã acceperit, lege iulia repetundarum teneri

73 Vlp. eo. tit. ff. l. ſed eſt. Valeria. & Gallie. li. 9. C. eo. ti. 35. l. Atrocem.
74 Paul. lib. 47. ff. eo. l. vulneris.
75 Vlpi. eo. tit. l. prætor. §. vlt. & l. ſed & quæſitio.
76 li. 58. ff. de pœnis ti. 19. l. aut facta.
77 lib. 6. cap. 10.

TIT. V
De obligat. quæ ex quaſi delict.

78 lib. 44 ff. de oblig. & act. tit. 7. l. ex maleficiis. §. ſi iudex. & li. 50. ff. de var. & extr. cog. tit. 13. l. vlti.
79 lib. 2. de orator.
80 Vlpi. li. 5. ff. de iudic. tit. 1. l. ſi filiusfamilias.
81 d. l. ex maleficiis §. ſi iudex.
82 Iuſt. li. 7. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit. ti. 49. authen. Nouo iure & l. fin.

neri conſtat.[83] atque lex 12. tab. iudicem arbitrumue iure datum, qui ob rem dicendam pecuniã accepiſſe conuictus eſt, capite punit:[84] quapropter Cambyſes Cyri filius iudicem quendam, nomine Siſamnem, quòd pecunia corruptus malè iudicaſſet interfecit, interfecto, pellem detraxit, eamq; in lora & cingula concidit, quibus cinxit tribunal, in quo iuſsit filium Siſamnis, nomine Othonem ſedere, admonens ex quo tribunali ius redderet. Secũdò, ex quaſi maleficio obligatur filius, vel pater ex cuius cœnaculo proprio, vel conducto, aliquid deiectum, ſeu effuſum eſt: quo caſu datur actio in duplum, ſiuè dominus, ſiuè ſeruus deiecerit:[85] publicè enim intereſt ſine metu, & periculo, per itinera comeari: item is qui ea parte, quà vulgò iter fieri ſolet aliquid appẽſum habet, quòd nocere poteſt, & tenetur pœna quinquaginta aureorum[86] erga illos, quibus conceſſa eſt hæc actio:[87] quæ popularis dicitur, quia cuilibet conceditur: quòd ſi hoc appenſum ceciderit, perindè tenetur, ac

83 Macer. & Venulcius lib. 48. ff. ad l. Iul. repetun. ti. 11. l. 3. & l. 4

84 Gellius li. 20. cap. 1.

85 Caius li. 44. ff. de oblig. & action. tit. 7. l. ex maleficiis §. is quoque. Vlp. li. 9. ff. de his qui deiecer. vel effuder. tit. 3. l. 1. & paſsim.

86 d. l. 1. de his qui deiecer.

87 Vlpi. li. 9. ff. de his qui deiecer. tit. 3. l. ſi vero. §. Hæc autem.

ille qui aliquid deiecit, vel effudit de eiecto, vel effuſo.[88] ſi homo læſus ſit, habenda eſt expenſarum, & operarũ quibus caruit æſtimatio:[89] ſi vero filius ſeorſim à patre inhabitans teneatur pro effuſo, pater illius nomine nõ conuenitur.[90] Item exercitor nauis, ex facto eorum quos in naui habet:[91] caupo cœnaculariam exercens,(quod quid ſit, docet Alciat.[92] ex Alexand. ab Alexand.[93] ex hominũ facto, quos in caupona, ſtabularius pro his quæ geſta ſunt ab hominibus, quos in ſtabulo habet, in duplum obligantur.[94] quibus omnibus caſibus in factũ conceditur actio:[95] quia illi certa quadã formula comprehendi nequeũt: ideoque libertatem prętor actori permiſit, arbitrio ſuo rem omnẽ vti geſta eſſet narrandi: quare appellantur in factum actiones, quas cum obligatio pariat,[96] eius obligationis tam quæ ex cõtractu, vel quaſi quam quæ ex delicto vel quaſi ad colophonem perducta tractatione, commode ipſas actiones, hoc eſt formulas, ſeu verborum conceptiones explicat imperator: quibus

iudi

88 d. l. ſi vero. §. prætor ait.

89 Caius lib. 9. ff. de his qui deiec. tit. 3. l. vltim.

90 d. l. 1. §. ſi filius. ff. de his qui deiecer.

91 Vlpia. lib. 4. ff. Naut. caupon. ſtabul. tit. 9. l. vlti.

92 lib. 4. pererg. cap. 12.

93 lib. 3. genialiũ dierum cap. 14.

94 d. l. ex maleficiis in fin.

95 Vlpia. lib. 4. ff. Naut. caupo ſtabula. tit. 9. l. 3. §. 1.

96 Paul. li. 3. ff. de procurat. ti. 3. l. licet §. ea. obligat.

iudicium à prætore certa de cauſa poſtulatur. Itaque actionũ omniũ aliæ in rem aliæ, in perſonã dantur: in rẽ actiones ſunt, quæ nõ ratione alicuius obligationis, ſed ob certam rem (quã dialectici indiuiduum vocant) per aliũ detentam competunt: & propriè petitiones dicuntur: nam petitio in rem, actio in perſonam infertur: perſecutio, in rem vel in perſonam rei perſequendæ gratia.[97] Idcircò extraordinariæ actiones verè perſecutiones appellantur.[98] ſunt autem in rem actiones decem: prima eſt, rei vindicatio, quæ datur domino rem ſuam ab eo qui poſsidet, vel dolo poſsidere deſijt, vindicanti: & dicitur à vim & dico, ab antiquis vindiciis ducens originem: nam & Cicer.[99] cum actiones calumnioſas ſignificat, ait eum qui non calumniis litium, non iniuſtis vindiciis, ac ſacramentis, alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis, petebat. Cúmque apud prætorem litigatur, de re cuius incertus eſt poſſeſſor, lis vindiciarum dicitur, quæ nihil aliud eſt, quam rei controuerſæ

TIT. VI
De Actionibus.

97 Pap. lib. 44. ff. de oblig. & actio. tit. 7. l. Actio.

98 Vlp. li. 50. ff. de verbo. ſignifi. tit. 16. l. pecuniæ.

99 In oratio Miloniana.

poſſeſsio alicuius magiſtratus decreto, vſque ad finem iudicij tributa: vel publiciana, quæ aduerſus poſſeſſorem, non dominum ei conceditur, qui in re aliena titulum emptionis, donationis, vel legati nactus eſt, nam quacúmque ex iuſta cauſa, vel bona fide, actionem hanc habere poterit. [100] quamuis autèm bonorum poſſeſsio ſit ius perſequendi [101] ſicut actio, eo tamen ab actione differt, quòd non magis ius, quàm obligatio ſit, hoc eſt non magis in agendo, quàm in patiendo conſiſtit: nam omnia commoda, & incommoda complectitur, [102] neque bonorum poſſeſſor magis conuenire debitores, quàm conueniri à creditoribus poteſt, actio verò tãtùm in agendi poteſtate conſiſtit. Tertia actionis ſpecies, dicitur confeſſoria, quæ datur ſeruitutem ſibi debitam eſſe aſſerendi, ac inſolidum vnicuique eorum competit, quorum fundo iter debetur. [103] in quo vnius agentis victoria aliis prodeſt: ſi tamen culpa ſua litem perdiderit, nõ æquum eſt cæteris obeſſe: [104] vel negatoria, quæ ſe ſeruitutem debere

100 Marcellus & Caius lib. 6. ff. de publician. in rem actio. tit 2. l. cum qui. §. vlt. l. quæcumque.

101 Vlp. li 37. ff. de bonor. poſſeſſ. tit. 1. l. 3.

102 Vlpi. li. 37. ff. de bono. poſſe. ti. 1. l. 1. l. 2. & l. 3.

103 Vlp. li. 8. ff. ſi ſeruit. vindic. tit. 5. l. loci corpus. §. ſi fundus l. Et ſi fortè. §. ſi ædes.

104 Martianus li. 8. ff. ſi ſeruit. vindicet. tit. 5. l. ſi de communi.

debere neganti datur, atque per ſeruitutem negatiuè conceptam, & ſeruitus, & libertas vindicari poteſt: vt cum dicimus vicinum non habere ius Altius tollẽdi, ſignificamus ſuas ædes ſeruitutem hanc nobis debere: vel cum dicimus, nego tibi ius eſſe vti frui. Porro ſeruiana, (quæ vulgò hypothecaria nominatur.) [105] locatori in rebus coloni tacitè pro mercede obligatis competit. [106] nam res inquilini, qui eſt vrbani prædij condutor illatæ, & inuectæ, ipſo iure tacitè obligantur domino, etiam ſi non conuenerit. [107] exceptis tamen rebus quotidiano vſui deſtinatis, vt veſtes, libri eorum qui literarum ſtudiis incumbunt. quæ res pro penſione tacitè obnoxię non ſunt. [108] ſed in prædiis ruſticis ea demum obligantur, quæ ſunt illata & inuecta poſt expreſſam de pignore conuentionem, ex quo patet diferentia rerum coloni, & inquilini: vel quaſi ſeruiana, quæ datur creditori pignus ſuum perſequenti: reſciſſoria, quæ tribuitur ei cuius res propter neceſſariam abſentiam eſt vſucapta [109] ipſius reſciſſoriæ

105 Vlp. li. 20. ff. Ad exhiben. ti. 4. l. 3.

106 Marti. li. 20. ff. in quib. cauſ. pignus tacit. contr. tit. 2. l. 2.

107 Neratius li. 20. ff. in qb. cauſ. pig. tac. contr. tit. 2. l. eo iure. Paul. lib. 2. ff. de pact. l. Itẽ quia.

108 Vlp. li. 20. ff. de pig. tit. 1 l. obligatione.

109 Vlpi. lib. 4. ff. ex quib. cauſ. maior. tit. 6. l. 1. in fi. Paul. lib. 44. ff. de obli. & act. tit. 7. l. in honorariis

110 lib. 4. ff. ex quib.cauſ.maior. tit.6.l.ſed & ſi. §. vlti.& l.Necnon.

actionis alias cauſas Vlpian. [110] enumerat: quæquidem actio à prætore propter æquum & bonum introducta eſt, contra ius ciuile, quo inuenta eſt vſucapio. Præiudicialis quoq; in rem eſt actio, per quam petimus aut vt partus agnoſcatur, aut vt aliquis vel liber, vel libertus declaretur. Item vtilis in rem, quæ ſuperficiario conceditur, quando à poſſeſsione cecidit. Petitio hæreditatis quæ datur hæredi, res hæreditarias generaliter petenti. Inſuper iureconſulti paſsim ea in rem concepta dicere ſolent: quæ ſine perſonæ alicuius notatione, & abſolutè, ſcripta ſunt: vt hanc domum meam eſſe tali iure dico. Aliæ autē in perſonam actiones dantur, quòd non ratione rei, ſed obligationis cum aliqua perſona contractæ ſuppetunt: in quibus non curamus, vnde, & qua ex patrimonij ſui parte, reus nobis ſatisfaciat: generatim enim & vniuersè tantum poſtulamus, vt aliquid nobis aut det, aut faciat: ex quo intelligi poteſt, genus in his, in illis peti indiuiduum: ſiquidem finis actionum in perſonam eſt, vt aliquid

quid nobis detur, aut fiat: [111] atque propriè iſtæ in perſonã actiones quinque modis oriuntur: ex contractibus nominatis, cuiuſmodi ſunt decem: vt Mutuum, commodatum, depoſitum, pignus, ſtipulatio, literarum obligatio, emptio, locatio, ſocietas, mandatum: pro quibus, ex contractu actiones deſcendunt: innominati contractus ſunt, infiniti, hoc eſt qui propriũ & ſpeciale nomen contractus non habent a iure ciuili inditum, quòd ciuilẽ quandam formulam exprimat, aut ſolemnem humanæ authoritatis inſtitutionem: quorũ quatuor exempla Paulus commemorat: [112] & pro illis agitur actione præſcriptis verbis, vel in factum. vel ex quaſi contractu promanant, vt actio tutelæ, negotiorum geſtorum, funeraria, ex teſtamento, condictio indebiti: vel ex maleficio, vt actiones furti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, iniuriarum, de dolo, in factum: vel quaſi ex maleficio, vt actio in factum ex quaſi maleficio deſcendens, vel ex diuerſis cauſarum generibus, vt cum lex, ſiue prætor ob aliquam

111 Vlpi. li. 44. ff. de oblig. & actio. tit. 7. l. actionum.

112 lib. 19. ff. de præſcrip. verb. ti. 5. l. Naturalis.

quam iuſtam cauſam actionem conce dit. Rurſus actionum aliæ ſunt tam in rem, quam in perſonam : vt familiæ erciſcundæ : quæ ſuppetit inter hæredes, ratione hæreditatis diuidendæ: [113] nam familia pro hæreditate ſumitur. Communi diuidundo, quæ ſociis conceditur, ratione alicuius communitatis. [114] finium regundorum, quan dò fines agrorum turbati ſunt : [115] & horum mixtorum iudiciorum arbitro ius eſt vni rem adiudicare, alteri verò, certam pecuniam attribuere. [116] attamen Plutarchus in æmilio, ſexdecim ex Tuberonis familia viros laudibus effert, quibus his iudiciis opus nõ fuerit, magna concordia cum vxoribus, & liberis degentibus, eodem in agello, & eadem domo cõmuni. Aliæ actiones ſunt ciuiles, vt hæ quæ ex legibus, ſenatuſconſultis, vel conſtitutionibus proueniunt: & ſunt directæ. prætoriæ, ſeu vtiles, quæ à prætore dantur: rei perſequendæ, quæ regulariter triginta annis durant, & cauſa rei perſequendæ & contractus dantur, Item pœnales, quæ ratione maleficio

113 Caius & Vlpia. lib. 10 famil. erciſc. tit. 2. l. 1. l. Item Labeo.

114 Paul. li. 10. ff. communi diuid. tit. 3. l. 1.

115 Pau. & Caius lib. 10. ff finium regundor. tit. 1. l. 2. l. 3. & l. 4.

116 Caius li. 10. ff finiũ regundo. tit. 1. l. 3. Iulianus li. 10. ff. famil. erciſ. tit. 2. l. Mœuius.

leficiorum competunt,& hæ ſi prætoriæ ſint, paſsìm anno, ſi ciuiles triginta annis terminantur. rei perſecutoriæ in ſimplum, videlicet pro ipſa re tantum competunt: pœnales, aliquandò in duplum, triplum, & quadruplum, nomine pœnæ competunt, néque vltrà quadruplum aliqua actione perſequi poſſumus: tametſi fuiſſe olim prætorum ædictis maiores interdum mulctas conſtitutas, non dubium eſt: nam C. Verrem iudicium in octuplum aduerſus decumanos, qui plus ab aratoribus exegiſſent, conſtituiſſe Cicero teſtatur.[117] Interdum autem litis ęſtimatio multò maior eſt, vt ſi quis ſciẽs vicioſum tignũ, aut pecus morboſum vendiderit: omnia enim detrimenta vẽditor pręſtabit:[118] differunt autem pœnales & rei perſecutorię, nam pœnales prętorię ſunt annales, rei perſecutorię, perpetuę:[119] item pœnales ſunt odioſę, neque in hęredes tranſeunt, niſi ad eos aliquid peruenerit, vel conteſtata lis fuerit:[120] rei vero perſecutorię non odioſę,& contra hęredes dantur.[121] demùm vbi plures

tenen

117 lib. 3. Accuſationis.

118 Vlpi. li. 19. ff. de actio. emp. tit. 1. l. Iulianus. §. 1.

119 Paul. li. 44. ff. de oblig. & actio. tit. 7. l. in honorariis.

120 Diocl. & Maxim. li. 4. C. ex delict. def. ti. 17. l. 1.

121 Pau. li. 44. ff. de obliga. & act. tit. 7. l. ex contractibus.

tenentur rei perſecutoria, vno ſoluente, cæteri liberantur, non ita in pœnali.[112] ſunt & mixtæ, tàm rei perſecutoriæ, quàm pœnales [113] ſunt & quæ in ſolidum competunt, aliæ quatenus reus facere poteſt, ſunt etiam perpetuę, quę durant per triginta annos, temporales verò, quę breuiori tempore finiuntur: aliquando anno, duobus annis, ſex menſibus. Bonę fidei alię, quę ex ęquo & bono interpretationem recipiunt: vt omnes actiones, quę ex contractibus nudo conſenſu factis naſcuntur, empti, venditi, locati, conducti, pro ſocio, & mandati. [114] Item pręſcriptis verbis & ęſtimatoria: [115] ſiquidem bonā fidem in contractibus conſiderari ęquum eſt.[116] hę autem omnes bonę fidei actiones cenſentur, quibus poſtulatur, vt fides data benè, ac vti par eſt ſeruetur, cuius generis nullę niſi in perſonā inueniuntur. pręterea ſtricti iuris actiones dicuntur, quę ſecundum ea quę expreſſa ſunt interpretari ſolent, & quoties de facto ambigitur, toties hęc actio exercetur. Item arbitrarię, tàm in rem, quàm

112 Vlp. lib. 9. ff. Ad. l. Aquil. tit. 2. l. item mela. §. ſed ſi plures. Diocl. & Maxi. li. 4. C. de condict. furti. tit. 8. l. 1.
113 Pap. li. 18. ff. de ſeruis exportand. tit. 7. l. ſeruus.
114 Caius li. 44. ff. de oblig. & act. tit. 2. l. 2.
115 Vlp. li. 19. ff. de æſtimator. act. tit. 3. l. 1. Paul. lib. 19. ff. de rerū permutatio. tit. 4. l. 1. Gordia. li. 4. C. de rerum permutatio. tit. 64. l. 2.
116 Dioc. & Ma. li. 4. C. de oblig. & action tit. 10. l. bonam fidem.

quàm in perſonam: [117] quę à iudicis arbitrio, ſeu iuſſu pendent, quia in his iudiciis iudex non ad certam ſummam aſtrictus eſt, ſed quantum ex bona fide dari, fieriue oporteat æſtimandi poteſtatem habet. [118] Rurſus ordinariæ, quæ ſecundum ius ordinarium intentari ſolent: extraordinariæ, quæ contra regulas iuris communis dantur. directæ, quę precipuè ratione obligationis expreſſæ competunt. contrariæ, quæ in conſequentiam tacitæ obligationis veniunt: interrogatoriæ, quæ moderantur iudicis interrogatione, qua reum in iudicio interrogat. noxales, quæ ob ſerui noxam contra dominum dantur, quæque ex priuatis delictis promanant, non ex publicis criminibus. [119] Item de peculio, ac iureiurando: quòd iuſſu: de in rem verſo: tributoria: exercitoria: inſtitoria: quæ actiones non ſunt, ſed qualitates, quę ſecundum id quòd eſt de peculio, vel quòd eſt iuſſum, aut in rem verſum, aliis actionibus adiiciuntur. Neq; pater ex filij, neque dominus ex ſerui contractu obligatur [120] quia tàm ex

K cont

117 Vlp. li. 7. ff. de rei vendicat. ti. 1. l. qui reſtituẽdæ.

118 Paul. lib. 3. ff. de negot. geſt. tit. 5. l. quia tantũdẽ.

119 Iul. lib. 50. ff. de verb. ſigni. tit. 16. l. ſtipulatio. Vlpi. lib. 21. ff. de Ædilit. ædict. tit. 1. l. quid ſi fugitiuus §. noxas.

TIT.
Quod cũ eo qui in aliena poteſtate.

120 Gordia. li. 4. C. ne fil. pro patri. tit. 13. l. 1. Diocl. & Max. li. 4. C. eod. tit. 26. l. penult.

contractibus,quàm ex delictis in filiũ-
121 Vlpi.lib.5.ff. de iudic. titu.1.l. tam ex cõtractib. fam. competit actio: [121] quippe qui ex omnibus cauſis tanquàm paterfami. obligatur, & ob id agi cum eo, tan-
122 Caius lib.44. ff.de obli. act.tit. 7.l.filiusfamilias. quàm cum patrefamiliàs poteſt. [122] Ipſéque in ſolidum obligatur præterquam ex voto & mutuo, quod ſi creditor petat,repellitur ſenatuſconſulti. Macedoniani exceptione: ſi debitum creditori ſolutum ſit, non repetitur: ſi pecunia filiofamilias ſtudiorum cauſa credita eſt, macedonianum eius non
123 Vlpi.li.14.ff. ad macedon.ti.6. l. ſed Iulianus.§. quod dicitur. Alexand.lib.4.C. ad maced. tit.28. l.macedoniani. impedit repetitionem. [123] quòd ſi in rem patris verſa eſt, directo, & principaliter pater obligatur, [124] & (vt ait paulus,) [125] ſi dominus vel pater mutuam pecuniam accepturus, filio, vel
124 d.l.ſed Iulianus.§. interdum. ſeruo, numerari iuſsit, ipſi patri, vel
125 li 15.ff.quod iuſſu tit.4.l.vlti. domino,condici poteſt. in aliis autem caſibus de pecunia filiofami. credita, neque in ipſius patrem, neque in eum
126 Vlpi.li.14.ff. ad maced.ti.6.l.1 etiam ſui iuris factum ius dicitur: [126] niſi alias contraxerit, puta ſi vendiderit, locauerit, &c. nam hoc caſu in ſe-
127 Iul.lib.14.ff. ad maced.ti.6.l.4 natuſconſultum non cõmittit. [127] verumtamen pater tenetur,vel de peculio, quòd filio ſuo dedit: cuius nomi-

ne

ne intelligendum quoddam filiorum & ſeruorum patrimonium, [128] quaſi puſilla quædam pecunia, quam ſeruus domini permiſſu ſeparatam habet à rationibus dominicis, deducto inde ſi quid domino debetur. [129] & triplex in iure peculium enarratur, caſtrenſe, in quo paterfamilias nullum ius habet: cúmque de eo agitur filiusfamil. locum iúſque patrisfamilias obtinet. [130] aduentitium, cuius vſusfructus tantùm ad patrem pertinet, qui eius nomine non niſi velut legitimus adminiſtrator conueniri poteſt. [131] profectitium, eſt quòd non ſua opera, ſed ſola patris liberalitate filiusfam. accepit. Item tenetur pater, ſi filius eſt impubes, vel deliquit, aut iuſsit quatenus peculium locupletius factum eſt [132] de in rem verſo, pro eo quod ex filij contractu in rem patris verſum eſt. Quod iuſſu, ſi pater iuſsit, mandauit, ratum habuit, quòd filius contrahat, & tunc in ſolidum tenetur. vel exercitoria, ſi pater exercitor fuerit, hoc eſt alicuius nauis quotidianum queſtum habeat: nam ſi huic naui præpoſuit filium,

128 Vlp. li. 15. ff. de peculio. tit. 1. l. ſi ex duobus.

129 Vlpi. li. 15. ff. de pecul. titu. 1. l. depoſiti nomine.

130 Vlp. li. 14 ff. ad Mace. ti. 6. l. 3.

131 Iuſt. lib. 6. C. de bonis quæ liber. tit. 60. l. cum oportet & l. fin.

132 Vlp. li. 15. ff. ff. de peculio tit. 1. l. 1. §. ſi cum.

lium, de eo quòd eius nomine cum filio erit geſtum, pater in ſolidum tenetur.[133] Inſtitoria, quæ paternis mercibus contra patrem tribuitur, quoties filiũ alicui negotiationi propter queſtum duntaxat præpoſuit:[134] modo contractum ſit eius rei gratia, cui præpoſitus inſtitutor fuerit, ideſt ob id duntaxat cui eum præpoſuit.[135] Et cui inſtitoria vel exercitoria competit, eidem directò licet in patrem vel dominum agere.[136] Tributoria quoque pater tenetur, quando ſciens paſſus eſt filium de peculio negotiari: & datur de his tantum mercibus, & rebus peculiaribus, quibus negotiatur. demum ex ſerui facto ſi ſit contractus, dominus his actionibus, quibus pater de contractu filij tenetur, atque de eo quòd ſeruus ſine ſua voluntate contraxit, quatenus in rem eius verſum eſt in ſolidum, de cætero, pro ratione peculij conuenitur.[137] Et quicquid ſeruus in rem domini neceſſario impendit, id omne in rem eius verſum intelligitur:[138] Si ſit delictũ, dominus actione pœnali tenetur: nam ex

133 Vlpi.li.14.ff. de exercit. actio. tit.1.l.1.§.1.

134 Vlpi.li.14.ff. de inſtitoria. tit. 3.l.1.

135 Vlpi.li.14.ff. de inſtitor. ti.3.l. quicunque.§. nõ tamen.

136 Pau. li.12.ff. de rebus credit. titu.1.l.ſi inſtitorem. Vlp.li.5.ff.de iudic.tit.1.l.hæres. §.apud.

137 Vlpi.li.15.ff. de in rem verſo. tit.3.l.1. Antoni. lib.4. C. quod cum eo tit. 26.l.3.

138 Vlp.& Trip. li.15.ff.de in rem verſ.tit.3.l.3.§.1. l.5.& l.6.

TIT. De Noxali actionib.

ex priuatis ſeruorum delictis,[139] non ex publicis criminibus,[140] actiones quæ noxales vocantur in dominum ſunt inſtitutæ [141] velut ex furto, rapina, damno, iniuria: vel vt damnum pro ſerui delicto datum reſarciat: vel vt ſeruum pro noxa dedat: cuius ſerui noxæ dediti dominium ſtatim ab ipſo domino in perpetuũ abſcedit.[142] Et noxales actiones (quarum aliæ legitimæ, aliæ prætoriæ ſeu honorariæ dicuntur)[143] caput, hoc eſt perſonam ſequuntur[144] & pœnalis contra dominum datur, qui ſeruum poſsidet, ſiuè antè delictum fuerit dominus, ſiuè pôſt, quæ etiam inter illos ceſſat, inter quos nimirum nulla oritur obligatio, ſiuè antè delictum cõmiſſum, ſiue poſt dominus fuerit: olim pro delicto filij dabatur, cõtra patrem, hodiè non datur nam in ipſoſmet filioſfamilias ex ipſis delictis actiones cõceduntur.[145] Ob pauperiem vero ab animalibus brutis factam. Noxalis actio lege 12. tabula. inſtituta eſt,[146] cuiquidem iudicio Plato aſtipulatur:[147] & Plutarchus quoque in Solone, quòd lo-

139 Vlpi.li.21.ff. de ædilit.ædicto. tit.1.l. quid ſi fugitiuus.§. noxas.

140 Iul.lib.50.ff. de verb. ſigni.tit. 16.l. hæc ſtipulatio.

141 Caius li.9.ff. eo.tit.4.l.1.

142 Paul.lib.9.ff. eo.ti. 4. l.electio. in fin.

143 Diocl.& Ma. li.3.C.eo.tit.41.l. penuiti.&. vltim.

144 Caius li.9. ff. eo.titu.4.l.qui ex pluribus

145 Pomp.& Iul. li.9.ff.eo.titu.4.l. Noxali.& l.ſequ.

T I T.

Si Quadrupes pau.feciſ.dica.

146 Vlpi.lib.9.ff. eo.tit.1.l.1.

147 lib.de leg.11.

cum habere dicitur propter damnum ſine iniuria facientis datum: vt ſi animal laſciuia, feruore, feritate contra naturam ſuam & generis illius animalis conſuetudinem, pauperiem fecerit, datur aduerſus animalis dominũ: quò damnum ab animali factum reſarciat, vel animal pro noxa dedat: necnon ob damnum datum ab animali quòd dominus ibi habebat, quà vulgò iter fieri ſolebat, ſiquidẽ ædilitio ædicto vetitum eſt feram habere beſtiam, vbi vulgò iter fit. [148] vel etiam canem ſolutum: [149] quo caſu agitur, & actione de pauperire, & ædilitio ædicto, vel quatenus iudex æſtimabit ſi homo, vel in duplum, ſi res alia lædatur. Ceſſat tamen ſi animal ſua natura ferox à domino aufugerit, & ita damnum dedit [150] & ad hoc ædictum pertinet quod Moſes ſcriptum reliquit. [151] Quilibet autem non tantùm ſuo, quandò cauſam ſuam agit, vel defendit, ſed alieno nomine vt tutor pupilli, curator adulti, procurator domini nomine, agere, vel defendere poteſt: [152] quamuis antiquitùs alieno nomine agi non licebat,

Caius eo.ti.ff l.3.
148 Vlpi.li.21.ff. de ædili. ædict.ti. 1.l.Qua vugo.
149 Vlpi.& Paul. li.21.ff.de ædilit. ædict.titu.1.l. Et generaliter.
150 Vlp. lib.9.ff. eo.titu.1.l.1.§.in beſtiis.
151 Exodi 21.ca.

TIT.
De his per quos ager.poſſ.

152 Vlp.li.3.ff.de poſtuland.titu.1. l.1.& paſsim.

licebat, niſi pro populo, pro libertate, & pro tutela: cuius rei argumentum eſt, in lege 12. tab. quam Gellius prodidit. [153] Conſtitui poteſt procurator etiam aduerſario inuito, & tàm generaliter, quàm ſpecialiter, mandatum tamen ſpeciale exigitur in interdicto de liberis exhibendis: [154] in cauſa ſuſpecti tutoris: [155] in petenda reſtitutione in integrum: [156] in petendo filiæ marito: [157] in conueniendo procuratore. [158] Conſtitui non poteſt fœmina: [159] minor: [160] miles: [161] niſi in cauſa propria, conſanguineorum, aut in qua lis eſt conteſtata. neque furioſus [162], mutus, [163] de crimine capitali accuſatus. [164] verum quia defenſor idoneus in re aliena nemo ſine ſatiſdatione eſſe creditur, [165] cautio a procuratore exigitur. [166] Quæ triplex eſt, repromiſsio, quando nos ipſos ſub rerum noſtrarum hypotheca obligamus, vel per ſimplicem, vel iuramento confirmatam promiſsionem: ſatiſdatio quæ fit datis fideiuſſoribus, & hæc præſtari non ſolent ab his qui ſoluendo ſunt: qui immobilia poſsident:

153 lib. 20. cap. 1.
154 Vlp. li. 3. ff. l. Pōpon. in princ. de procur. tit. 3.
155 Vlp. lib. 3. ff. de procur. tit. 3. l. Non ſolum.
156 Caius li. 4. ff. de minorib. ti. 4. l. illud.
157 Pomp. li. 23. de rit. nupt. tit. 2. l. Generali.
158 Iuli. & Caius li. 3. ff. de procur. ti. 3. l. qui duos. l. itaque.
159 Paul. lib. 3. ff. de procur. tit. 3. l. fœminas & l. neq;
160 Vlp. li. 5. ff. de procu. l. Minor.
161 Vlpi. lib. 3. ff. de procu. l. filiuſfamilias.
162 Pau. lib. 3. ff. de procur. l. 2.
163 Pau. li. 3. ff. de procur. l. Mutus.
164 Alex. li. 2. C. de procu. ti. 13. l. Reum.
165 Pau. & Vlp. li. 3. ff. de proc. tit. 3. l. Nō cogendum.
166 Vlp. li. 46. ff. de prætor. ſtip. ti. 5. l. Generaliter.

TIT. De ſatiſdationib.

[167] nec ab idoneis perſonis: niſi quando rem alienam defendunt: quo caſu adhuc non ſatiſdant, tutor pupillum defendens: procurator pro quo dominus ſatiſdedit. vel ſatisfactio, quæ dicitur, vel pignoribus datis, vel cum creditori volenti ſatisfit. quæ præſtantur vel extra iudicium, vel in iudicio, olim poſſeſſor in vindicationibus vel ſuo nomine, vel alieno conuentus ſatiſdabat, de iudicato ſoluendo, ſi condemnaretur. [168] Et cũ iudicatum ſolui ſatiſdatum erat, damnato nec ſoluente reo, poterat vel in reum, vel in fideiuſſores agi: [169] neque actor ſuo nomine agens ſatiſdabat, ſicut nec conuentus ex obligatione ſuo nomine ſe defendens: procurator autem ſatiſdabat dominum rem ratam habiturum, ſicut & hodiè, niſi vel mandatum, vel præſentis domini authoritatem habeat [170] vel niſi dominus procuratorem ſuum confirmarit in iudicio, vel extra, præſtita cautione de iudicato ſoluendo, (quæ rerum ſuarum hypothecam continet,) vel ſatiſdatione, quòd ipſe ſententiæ tempore aderit,

167 Macer. li. 2. ff. qui ſatiſda. cogan. ti. 8. l. ſciẽdũ.

168 Paul. li. 46. ff. iudic. ſol. tit. 7. l. ſi petitor & paſsim Vlpi. lib. 46. ff. l. ſi eum hominẽ de fideiuſſor. titu. 1. Diocl. & Maxi. li. 8. C. vti poſsidet. tit. 6. l. 1.

169 Vlpi. li. 46 ff. iudicat. ſolu. titu. 7 l. 3. & paſsim.

170 Vlp. & Mod. li. 3. ff. de procu. tit. 3. l. Non ſolũ. & l. ſi procuratorem & li. 36. ff. vt in poſſeſsio. lega. tit. 4. l. 3. & li. 46. ff. rem rat haberi tit. 8. ne ſatiſdatio Antoninus lib. 2. C. de procur. tit. 13. l. 1. Diocl. & Maxi. li. 2. C. de ſatiſdatio. tit. 7. l. 1.

aderit, ſed hodiè nullus reus, de iudicato ſoluendo ſatiſdat hoc eſt nullam per fideiuſſores promiſsionem facit: [171] (nam ſadiſdatio fit per fideiuſſores) ſiue de defendendo, ſiue de dolo, ſiue de iudicato ſoluẽdo: illa enim ſtipulatio iudicatum ſolui tria hæc in vnum collecta in ſe complectitur. [172] ſed tantum de iudicio ſiſtendo, ſeu litis exitu, vel repromittere, vel ſatiſdare, vel iurare cogitur pro qualitate perſonæ: [173] nam licet rem mobilem poſsidens ſatiſdare teneatur, id tamẽ non procedit, ſi ſit perſona illuſtris, aut rem immobilẽ poſsideat: is enim tantum iurat. [174] ſi clericus, repromiſſionem præſtat ſiue mobilem, ſiue immobilem rem poſsideat. [175] Nec antiquitus ciuiles actiones, ſiue in rem ſiue in perſonam vllo temporis curriculo terminabantur, quia perpetua legum vis erat: a quibus oriuntur: Actio noxalis, de pauperie, de tigno iniuncto, familiæ erciſcundæ: aquilia, dãni infecti, iniuriæ, & aliæ quamplurimę. Senatuſconſultorum quoque perpetua vis erat, vt petitio hæreditatis: [176]

171 Caius li. 2. ff. qui ſatiſd. Cogã. tit. 8. l. 1.

172 Vlpi. li. 46. ff. iudic. ſolui. tit. 7. l. iudicatũ ſolui.

173 Vlpi. lib. 2. ff. qui ſatiſd. cogãt. ti. 8. l. 2. & paſsim.

174 Macer. li. 2. ff. q ſatiſd. cogãt. tit. 8. l. penult. Hono. & Theod. lib. 12. C. de dig. tit. 1. l. quoties.

175 Mart. Leo. & Auton. li. 1. C. de epiſc. & cler. ti. 6. l. cum clericis & l. omnes.

TIT.

De perpe. & tem por. actionib.

176 Vlp. li. 5. ff. de petit. hæred. titu. 8. l. Item. Iuſt. li. 3. C. de pe tit. hæred. tit. 31. l. fin.

Item conſtitutionum, vt condictio ex lege, quæ datur ex conſtitutionibus quibuſlibet poſt legẽ 12.tab. conſtitutis,[177] vel ex quacunque alia parte iuris; vt plebiſcito &c. nam quinq; ſunt partes iuris præter prætorium:[178] & ſic actiones ex iure Ciuili deſcendentes, ſiuè in rem, ſiuè in perſonam olim erant perpetuæ: hodiè, perſonales præſcribuntur triginta annis,[179] reales, triennio, ſi pro re mobili, vicennio inter abſentes, vel decennio inter præſentes, pro re immobili, quandò poſſeſſor titulum habet, alias non niſi triginta annorum ſpacio præſcriptio currat:[180] prætoriæ vero actiones, ſi ſint rei perſecutoriæ, eo modo præſcribuntur, quo ciuiles, ſi ſint pœnales, (excepta furti actione quæ perpetua eſt:) finiuntur anno, hæ autẽ pœnales actiones contra hęredes non competunt,[181] niſi lis fuerit aduerſus defunctum conteſtata,[182] aut quatenus hæredes locupletiores facti ſint:[183] quod in duobus quóque caſibus limitatur, quibus pœnalis actio in hæredem non datur: quamuis aliquid ad eum

177 Mar.li.48.ff. ad l. Iul. de adul. ti.5.l.quod ex his Iuſt.li.8.C.de donationib.tit.54.l. ſi quis.

178 Pap. lib.1.ff. de iuſtit. & iur. tit.1.l.ius autem.

179 Iuſt.lib 4.C. de conſt.pec. tit. 18.l.2. Arcad.& Honor. li.7.C. de præſcr. trig.annor. ti.39. l.3.& l.omnes.

180 Iuſt.lib.7.C. de vſucapio.trãſforman.ti.31.l.1.

181 Pom.& Cai⁹ lib.50. ff. de reg. iur.tit.17.l.ſi ficu ti.l. Pupillum.

182 Modeſti. lib. 48.ff. de Accuſatio.tit.2.l.ex iudiciorum.

183 Vlp.li.3.ff.de calumniat.tit.6.l. in hæredem. Paul.li.4 ff.quod met. cauſ.l.videamus.

eum peruenerit, ſed furtiua condictio.[184] Item in interdicto vnde vi, quod in hæredem non datur, ſed in factum actio.[185] quinque tamen ſunt caſus, quibus iudicia etiam publica tranſeunt in hæredes, vt in crimine læſæ maieſtatis:[186] in crimine hæreſeos:[187] repetundarum: de reſiduis: & in crimine peculatus.[188] quæ pœnales actiones hæredibus dantur, niſi ſit actio iuiuriarum, quoniam nihil hæredi de ſucceſsione abeſt, nec reo adeſt:[189] aut in factum, quæ in eum datur qui ſine venia in ius vocat:[190] aut aliquid appenſum habet:[191] ſeu de calumniatoribus[192] ſed qui rem contentioſam reſtituit, abſolui debet:[193] & re ante acceptum iudicium reſtituta, actio euaneſcit.[194] ex quo olim, omnia iudicia abſolutoria dicebantur, & ad ciuium concordiam, potius quàm ad ſeueritatem comparata. Atqui exceptio ipſam actionem (cuius vicem obtinet:)[195] excludit:[196] & niſi quis agat, illa locum non habet, nam eorum cum quibus agitur defendendorum cauſa, inſtituta ſunt excepti

184 Vlp. li.47.ff. vi bon.ra.ti. 8.l.2

185 Vlp.li.43.ff. de vi & vi armat. tit.15.l.3.

186 Vlpi. lib.48. ff.ad l.Iul. mageſtat.tit.4.l.fin.

187 Grat. valent. & Theod.li.1.C. de apoſtatis ti.10. l.2.& l.apoſtatar.

188 Papia.lib.48. ff. ad l.Iul.peculat.tit.13.l.fin.

189 Pau.li.37. ff. de collation. bonor. tit. 6.l. cum emancipati.

190 Vlpi.lib.2.ff. de in ius voc. tit. 4.l.penult.

191 Vlp. lib.9.ff. de his qui deiec. tit.3.l.ſi vero.

192 Caius lib. 3. ff. de calumniat. tit.6.l.Hæc actio.

193 Venul.li. 42. ff. Quæ in fraud. credit. ti.9.l.vlti.

194 Caius lib.39. ff. de publican. & vectig.ti.4.l.Hoc ædicto.

TIT. De exceptionib.

195 Vlpi.li.44.ff. eo.tit.1.l.1.

196 cap. dudum de electionib.

197 Vlp.li.44. ff. eod.l.2.

198 lib. 2. de inuentio. & in offi. lib.1.

199 In partitionibus.

200 Paul.& Vlp. lib.44. ff. de doli exceptione tit. 4. l.1.& l.4.§.metus

201 Vlp. li.44.ff. de doli exceptio. tit.4.l.2.§.3.

202 Iuſt.lib.4.C. de nō nume.pec. tit.30.l. in contractibus.

203 Vlp.lib.2.ff. de pact.titu.14.l. iuriſgentium.

204 Vlp.li. 12.ff. de iureiur.ti.2.l. Nam poſteaquā. & paſsim.

205 Vlp. li.44.ff. de exceptio. rei iudicat. tit. 2.l.3. §.1.& paſsim.

exceptiones [197] ac earum duntaxat rerum gratia dantur, quæ facti ſunt, non iuris hoc eſt, quæ actionem ipſo iure non extinguerent, quamquam ad eam perimendam à iure ciuili inſtitutæ ſint exceptiones, quaſquidem prætorias eſſe, hoc eſt à prætoris beneficio pendere ex Cicerone [198] aperte intelligitur & quoties dabatur exceptio, toties iniquam actionem eſſe oportebat : vt idem author eſt [199] quemadmodum ſi dolo, metu, vel errore, me tibi obligaſti, te agentem doli : quòd metus cauſa, & in factum exceptione : [200] ſi ſpe futuræ numerationis ſim obligatus, & non numeraueris, non numeratæ pecuniæ exceptione.[201] quæ olim quinquennis, hodiè, biennis facta eſt. [202] *Si* pactum de non petendo feciſti, pacti exceptione: [203] ſi iuraui te actore iuramentum deferente me nihil debere, iuriſiurandi exceptione: [204] ſi per ſententiam liberatus fui, te iterum agentem, exceptione rei iudicatæ, repellam. [205] Exceptionum porro aliæ perpetuæ, & peremptoriæ, aliæ temporales, & dilatoriæ

riæ ſunt[206] perpetuæ, ſeu peremptoriæ ſunt, quæ rem de qua agitur ſemper perimunt, vt exceptio doli, metus, non numeratæ pecunię, iuriſiurandi, rei iudicatæ, pacti, ſi modo ante ſententiam opponantur.[207] tem porales, ſeu dilatorię ſunt, quæ tantum actionem diferunt, vt pacti facti exceptio, ne ante certum tempus peteretur: quòd ex natura obligationis ineſt, procuratoris inhabilis, iudicis incompetentis: quibus omnibus caſibus, qui olim ante tempus agebat, cauſa tota cadebat.[208] hodiè, ſi agit, duplex reo tempus conceditur. Sed quemadmodum exceptio iniquę actionis excludendę cauſa, ſic replicatio iniquę exceptionis, & rurſus duplicatio replicationis, itémque duplicationis cauſa, triplicatio inſtituta eſt.[209] hodiè tamen forenſibus noſtris moribus, vltrà duplicationem non progreditur, atque exceptio quę reo competit, eius fideiuſſori prodeſt.[210] niſi exceptio ſit quòd reus vel bonis ceſsit, nã ex bonorum ceſsione debitoris, exceptio fideiuſſori non datur, cuius obligatio

206 Caius li. 44. ff. eo. tit. 1. l. 3.

207 Diocl. & Ma. li. 7. C. ſenten. reſcind. non poſſ. ti. 50. l. perẽptorias

208 Vlp. li. 34. ff. de libert. legat. ti. 3. l. nõ ſolũ §. fin. conſtant. li. 10. C. de iur. fiſc. tit. 1. l. iuſtas.

T I T.
De Replicationibus.

209 Vlp. li. 44. ff. de except. ti. 1. l. 2

210 Paul. li. 44 ff. de except. tit. 1. l. exceptiones.

gatio in ſubſidium debitoris facultatibus omnibus lapſi inſtituta eſt, vel minor: [211] aut ſi damnatus in omnibus bonis ratione ſui delicti, [212] vel beneficium habeat ne in plus, quàm poſsit, conueniatur. [213] Verùm poſt actionum, exceptionumque diſputationem ordine legitimo ſubnectuntur interdicta, quæ conceptis verbis ad aliquid vel iubendum, vel vetandum in cauſis præſertim poſſeſsionis à prętore pronunciabantur, & differunt ab ipſis actionibus, quę ſunt formulę, quibus prętor iudicem conſtituit, eiq; de lite conteſtata iudicandi formam pręſcribit: interdicta vero ſunt formulę, quibus prętor ſolus & ſine iudicio, de re ad ſe delata pro imperio decernit iudicibus imperans, vt de facto cognoſcant. Et ſignificat (interdicere) expellere, foras mittere: [214] vel prohibere: [215] aut cenſuram eccleſię proferre. [216] atque ipſa interdicta quę in extraordinariis iudiciis locum non habent, ratione poſſeſsionis (quę facti eſt,) [217] competere ſolent: ſúntque aut prohibitoria, cùm prętor vetat ali quid

211 Vlpi.lib.4.ff. de Minorib. ti.4. l.in cauſæ ĩ prin. C.d.l. Exceptiones in fin.

212 Seuer.& Anton.li.8. C.de fideiuſſor.ti.41.l.1.

213 Pom li.42.ff. de re iudic.ti.1.l. Et ſi fideiuſſor.in princ.

TIT. De interdictis.

214 Vlp.li. 48.ff. eo.ti.22.l.fin. Diocl. & Max.li. 7.C.de ſenten. & interlo.titu. 45.l. Nulli.

215 Vlpi.li.48.ff. de pœnis tit.19.l. Moris. & lib. 45. ff. de verb.oblig.tit.1. l.is qui bonis.

216 cap. ſane. 2. de offic. deleg. c. non eſt.de ſponſ.

217 Iabol.lib.41. ff.de Acq. poſſeſ. tit.2.l. cum hærędes.

quid fieri, vt interdictum ne vis fiat iuſtè poſsidenti:[218] vel ei qui ius mortuum inferendi habet:[219] ne in loco ſacro ædificium fiat,[220] ne in flumine publico, aut ripa quid fiat, quo peiùs nauigetur.[221] ac quædam interdicta, non verbo, ſed re, & ſententia, ſunt prohibitoria, vt illud: ſi quis dolo malo fecerit quo minus &c.[222] reſtitutoria, cum prætor iubet aliquid reſtitui, vel vt bonorum poſſeſsionem ei qui de iure prætorio ſuccedere poteſt: vel rei poſſeſsionem ei, qui de illa eſt deiectus. Exhibitoria, cùm prætor iubet aliquid exhiberi, vt eum de cuius libertate, vel eum de cuius operis agitur:[223] in quibus aut res, aut opus debet reſtitui vel exhiberi. hæc autem tripartita interdictorum diuiſio ſumpta eſt ex Vlpiano:[224] qui mixta etiã quædam facit, quæ ſunt prohibitoria, & reſtitutoria: & alia de diuinis, alia de humanis rebus, alia de poſſeſsionibus. ſed omnia interdicta: aut prohibendi, aut iubendi cauſa comparata ſunt, & dantur poſſeſsionis adipiſcendæ gratia, vt interdicta quorum bono rum,

218 Vlpi.li.43.ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſus eſt tit.4.l.1.& paſſim. in ti. vti poſsidet.

219 Vlpi.li.11.ff. de Mortu. inferend. titu.8.l.1.in princ.

220 Vlp. li.43.ff. Ne quid in loco ſac. titu.6.l.1.& paſsim.

221 Tit. de fluminib.

222 Vlp.li.43.ff. Ne vis fiat ei qui tit.4.l.1.

223 Caius li.10. ff. ad exhibend. tit 4.l. ſi liber homo.

224 lib.45.ff.de interd. ſiue extra ordina. actionib. tit.1.l.1.

rum, quòd datur filio emancipato, aduerſus hæredem, vel poſſeſſorem, aut contra illum qui pro hærede hoc eſt putans ſe eſſe hæredem: vel pro poſſeſſore, putans ſe poſſeſſorem, poſsidet.[225] neque ad ſingulas res, ſed ad bonorum vniuerſitatem pertinet.[226] Item quorum legatorum: quod datur hæredi contra legatarium, qui ſua authoritate legatum occupauit.[227] Et ſaluianum, à nomine authoris Saluij: quod datur domino fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet:[228] vel datur ad poſſeſsionem retinendam, vt interdictũ vti poſsidetis: quòd pro re immobili: & vtrobique: hoc eſt apud quem, quòd pro re mobili datur,[229] ei qui aſſerit ſe rei quidem poſſeſſorem eſſe, ſed à quodam turbari: in quo iuſtus tempore litis conteſtatæ poſſeſſor obtinebit, ſiue corpore, aut animo, vel per ſe, vel per alium poſsideat. neque actio in rem prius inſtitui, quàm certus ſit poſſeſſor poteſt:[230] neque poſſeſſori vnquàm datur:[231] quia ei ſufficit, quòd poſsideat ſempérque vnum

225 Vlp. li. 5. ff. de hæredit. petitio. ti. 3. l. pro hærede

226 Vlpi. li. 43. ff. quorum bonorũ tit. 2. l. 1. in fin.

227 Vlpi. li. 43. ff. quor. legator. tit. 3. l. 1.

228 Iuli. li. 43. ff. de ſaluian. interdict. tit. 32. l. 1. Gordia. li. 8. C. de præcar. tit. 9. l. 1.

229 Paul. li. 43. ff. eo. ti. 1. l. 2. & Vlp. vti poſsid. tit. 16. l. 1. & vtrobi titu. 30. l. 1.

230 Vlp. li. 41. ff. de Acq. poſſeſſ. ti. 2. l. exitus. Diocl. & Maxi. li. 3. C. de rei vend. tit. 32. l. ordinarij & li 8. C. eo. ti. 1. l. 3. conſtantin. li. 3. C. fin. regund. tit. 39. l. ſi quis.

231 Vlpi. li. 43. ff. vti poſs. ti. 16. l. 1.

vnum petitorem, alterum poſſeſſorem conſtituere oportet:[232] poſsidere autem per depoſitarium, & commodatarium poſſumus,[233] ſicut & per colonum, fructuarium, & inquilinum:[234] necnon per quemlibet poſſeſsionem retinere, qui noſtro nomine in poſſeſſione ſit.[235] iſta autem duo interdicta, vti poſsidetis: & vtrobi: non vnus ſolus poſtulat, ſed ambo copulati in ius veniunt, ac inuicem poſtulant. igitur duplicia dicuntur quòd illis non appareat, quis actor ſit & qui reus, cum vterque affirmet ſe poſſeſſorem: reliqua ſunt ſimplicia, quibus alter actor, alter reus eſt[236] vt reſtitutoria, & exhibitoria: in quibus vnus ſolus poſtulat & prætor vnum ſolum reſtituere & exhibere iubet. porro datur interdictum recuperandæ poſſeſsionis, vt illud vnde vi: ei, qui deiectus eſt, contra eum qui deiecit, qui præter hoc tenetur condictione legis, qua ſi erat, rei dominus, priuatur dominio ſuo, ſi res erat aliena, duplum reſtituere cogitur.[237] aut tenetur lege iulia de vi publica, ſi cum armis vim fecit, quia

232 Vlpi. lib. 5. ff. de iudi. titu. 1. l. inter.

233 Paul. li. 41. ff. de acq. poſſeſſ. ti. 2. l. qui vniuerſas §. vltim.

234 Vlb. li. 43. ff. de præcar. ti. 25. l. certè.

235 Caius & Celſus li. 41. ff de acqui. poſſeſ. tit 2. l. generaliter & l. quod meo.

236 Paul. lib. 43. ff. eo. ti. 1. l. 2.

237 Valē. Theo. & Arcadius li. 8. C. vnde vi tit. 4. l. ſi quis in tantū.

ſolius reipub.eſt,armis vti:proinde pu blicam vim facere dicitur, quia ea vi vtitur, quæ eſt ſolius reip. propria:vel tenetur lege iulia, de vi priuata,ſi abſ-
238 Martian.lib. 48.ff. ad l.Iulian. de vi pub.ti.6.L.1.
que armis vim fecit. [238] Itaque ordo horum interdictorum eſt huiuſmodi, vt primò adipiſcamur poſſeſsionem, deindè retineamus, & ſi auferatur,recuperemus, quorum loco in communi vſu poſitæ ſunt duæ leges regiæ, ex curiarum ſtatuto promanantes, & fori conſuetudine: prima,loco interdicti retinendæ, imploratur à iudice ma nutenentia, vt liceat manu & poteſtate poſſeſsionē tenere aduerſario prohibito:Et loco interdicti recuperandę, imploratur iudicis officium,quòd vocatur ſtatutum querelæ de nouis & de ſaiſinis, in quo ſpoliatus dicit poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe.

TIT. De pœn. temer. litig.

At cum non rarò contingat,temere actiones proponi, rectè ſubiungitur de pœna temere litigāt. nam Apoſtolus [239] agno
239 Ad Corinh. cap.6.
ſcit forenſes lites ſæpius à malo proficiſci,vnde Iſocrates in ſuo ariopagito laudat priſcos athenienſes, quòd forum fugerint,& videri litigioſi erubeſcebant.

ſcebant. Martialis [240] quoque indicat miſerum quendam Gargilianum, & dementem quòd diutiùs litigaret, his verſibus, 240 lib. 7. Epigrámat.

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargiliane foris
Ha miſer & demens viginti litigat annis
Quiſquàm, cui vinci Gargiliane licet.

Quapropter Cice. laudat Seruium ſulpitium, non tam ob admirabilem & prope diuinam iuris ſcientiam, quam quòd ſemper maluerit litium controuerſias tollere, quàm iudicium dictare: quòd idem Papinianus reſpondet. [241] ne quis igitur temerè litiget, reus debet iurare ſe iuſtam contradicendi cauſam habere, & actor de calumnia: quòd ſcilicet non calumniatur. [242] rei item, & aduocati, idem iuramentum præſtare debent: [243] adeò vt improbus litigator damnum, & litis expenſas aduerſario præſtare compellitur. atque reus aliquandò in duplum, aliquandò in triplum: aliquando in quadruplum condemnatur, atque notatur

241 lib. 10. ff. familiæ erciſc. ti. 2. l. vltim.

242 Iuſtinian. li. 2. C. de iureiurã. tit. 59. l. 2.

243 Iuſti. li. 3. C. de iudi. ti. 1. l. rem non nouam.

infamia, ſi damnatus ſit ex cauſa furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, doli, tutelæ, mandati, depoſiti, pro ſocio. [244] Actor quoque qui reuerentiã reo debet, vt filius patri, vel libertus patrono, punitur, ſi ſine venia reum in ius vocet. [245] Cum verò ſuperioribus locis de actionibus, & ſic de perſona actoris, paſtea de exceptionibus, & ita de reo dictum ſit, neceſſario dicendum eſt de tertia iudicij perſona, hoc eſt de iudice, qui aliter iudicare non debet, quàm quòd vel iure, vel conſuetudine receptum eſt, alias enim nõ judex, ſed iudas cenſetur authore Baldo [246] & ab eius ſententia neceſſaria non eſt prouocatio. [247] atque in noxali cauſa ipſe iudex reum damnare debet; vt dominus ſeruum pro noxa dedat, vel damnum reſarciat: ſicut in actione in rem, poſſeſſorem iuſtum abſoluere, iniuſtum condemnare, vt rem reſtituat cum fructibus: [248] qui extantes vindicari poſſunt, quia eius ſunt, cuius eſt ager: conſumpti vero per conditionem ſine cauſa repeti. [249] & tàm de perceptis, quàm percipiendis

244 Iul. & Vlp. li. 3. ff. de his qui notan. infamia. tit. 2. l. 1. & l. furti. §. ſi.
245 Vlpi. lib. 2. ff. de in ius vocand. tit. 4. l. 4.

TIT. De officio iudicis.

246 lib. 2. ff. de pactis tit. 14. l. imperator.
247 Marcel. lib. 49. ff. quæ ſenten. ſine appel. ti. 8. l. 1
248 Diocl. & Ma. li. 3. C. de rei vendicatio tit. 32. l. ſi fundũ & l. certũ.
249 Pau. li. 10. ff. ſi. regun. tit. 1. l. 4. Papi. lib. 12. ff. de condict. ind. ti. 6. l. ſi vrbana.

dis

dis malæ fidei poſſeſſorem iudex condemnare debet, ſicut & de his quos culpa ſua non percepit: [250] ſi autem bonæ fidei poſſeſſor, ab eo extantes tantùm prǽſtãtur, qui pars fundi ſunt: [251] ſed ſumptus in cultura facti deducuntur, quippe qui fructus imminuãt. [252] néque ex iure ſeminis, ſed ex iure ſoli cenſentur: [253] quos tamen perceptos iuſtus poſſeſſor ſuos facit [254] neque de his quos conſumpſit fructibus, vel non percepit damnari debet: vndè intelligitur fructus ſimul atque ex fundo ſeparati ſunt licet adhùc ibi iaceãt bonæ fidei poſſeſſoris eſſe:& quamuis in rei vendicatione executio parata ſit, hoc tamen relinquitur iudicis arbitrio, qui condemnato dilationem iuſtè petenti dare debet præſtita ſatiſdatione, de litis æſtimatione ſoluenda, niſi in perſonalibus iudiciis, in quibus quatuor menſium ſpacium præſcriptũ eſt [255] & in actione ad exhibendum iudex debet reum condemnare, vt eo modo exhibeat, quo actori ſalua maneat actio: ac ipſe reus ad exhibẽdum conuentus, poſt moram, ideſt litem

250 Valenſ.& Valent.li.7.C.de fructib.tit.51.l.2. Diocl.& Maxi.li.3.C.de rei vendi.tit.32.l.certum & lib.4.C. de cond.ex legi.tit.9.l.mala fide.

251 Caius li.6.ff.de rei vend.tit.1.l.fructus.

252 Pomp.li.22.ff.de vſur. tit.1.l.fructus. Vlp.li.24.ff.ſolu.matri.tit.3.l. fructus & Paul. li.5.ff.de petition. hæred.tit.3 l.ſi a patre.§.vlt.

253 Iulia.lib. 22.ff.de vſur.tit.1.l.qui ſcit.

254 Pomp.d.l.fructus Paul.li.41.ff.de acq. rer. dom.ti.1.l.bonæ fidei. Labeo lib.6.ff.de rei vendic. ti.1.l.ſi eius. & Paul.li.7.ff.quibus mod.vſuſf.tit.4.l.ſi vſufructuarius ĩ fin.

255 Diocl.& Ma.li.7.C.de execut.rei iud.ti.53.l.vl.

conteſtatam, & controuerſiam motã, [256] tenetur de fructibus, quia tum incipit mala fide poſsidere: [257] & ſi rem non reſtituat, tenetur ad id quòd non exhibuiſſe intereſt, quia damnatus ad exhibendum, non ſolùm rem, ſed & rei cauſam exhibere debet.[258] cauſam intelligimus ius, ac conditionem rei, nimirum omne id quòd petitor fuerat habiturus, ſi initio illi res fuiſſet reſtituta. [259] Et qui rem deteriorem exhibuit, licet ad exhibendum non teneatur, tamen actione in factũ conueniri poteſt. [260] cùm autem iuris indubitati ſit dominia Nanciſci per formulam familiæ erciſcundæ, quæ locũ habet inter cohæredes: per formulam communi diuidundo, cum locus eſt inter ſocios: per formulam finium regundorum, quæ eſt inter vicinos: iudex in familiæ erciſcundæ iudicio, ſingula, ſingulis, vel vni rem, alteri æſtimationem adiudicare, necnon hæredem qui fructus percepit pro rata portione ad reſtituendum damnare poteſt. [261] & nedum hæres ea quæ ex re hæreditaria percepit, aut ſtipulatus eſt comm

256 Diocl. & Ma. li.3. C. de rei vendic. ti.32. l. certũ. Anton. li 3. C. de peti. hęr. ti.31. l.1.

257 Vlp. lib.5. ff. de petit. hære. tit.3. l. ſed & ſi. §. ſi ante.

258 Vlpi. li.10. ff. ad exhib. titu.4. l. Iulianus §. quãtũ

259 Paul. li.12. ff. ſi cert. pet. tit.1. l. cum fundus. Papi. lib.22. ff. de vſur. titu.1. l.2. & Caius lib.6. ff. de rei vend. titu.1. l. præterea.

260 Dioc. & Ma. li.3. C. ad exhib. tit.42. l. exhibitionis.

261 Iul. & Vlp. li.10 ff. famil. erciſ. ti.2. l. Mœuius. l. ſi familiæ.

communicare debet, ſed etiam quæ dolo, vel culpa in hæreditate fecit, præſtare:[262] ſi res plures ſint: deníque in communi diuidundo, ſingulis, ſingulas partes iudex adiudicare debet:[263] ex cauſa tamen vni maiorem partem, alteri, minorem cum pecunia:[264] ſeu vni, totam rem, alteri, rei æſtimationem attribuere poteſt. ſicut etiam in finium regundorum iudicio, poteſt ex cauſa aliquid ex vnius agro vicino, (modo vicinus aliquam pecuniam præſtare viciſsim compellatur:)[265] concedere, vel condemnare eum, qui circa fines aliquid viciosè commiſit:[266] vt & illum, qui non patitur agros metiri, pro vt iudex iuſsit. Ipſum deníque de termino moto iudicium, eſt extraordinarium,[267] in quo pro conditione perſonarum pœna imponitur.[268] Verumtamen cum criminalia iudicia, non per ſuperiores actiones, ſeruato ciuili ordine, ſed per accuſationes, extra ordinem expediri ſoleant, poſt ciuilia, & ordinaria, in quibus eo ordine qui ab antiquis inſtitutus eſt lis proſequitur, publica & extraordinaria

262 Vlp. & Caius li. 10. ff. famil. erſ. ti. 2. l. & puto §. 3. l. Item ex diuerſa Gordia. Diocl. & Max. li. 3. C. famil. erciſ. tit. 36. l. Nõ eſt ambiguum. l. cohæredibus & l. incerti.

263 Antoni. li. 3. C. commu. diuid. tit. 37. l. 1.

264 Alex. li 3. C. commu. diuidun. tit 37. l. 3.

265 Caius li. 10. ff. finium regund. ti. 1. l. 2. & l. 3.

266 Paul. lib. 10. ff. fin. regund. tit. 1. l. 4. §. 4.

267 Alex. li 9. C. de accuſationib. tit. 2. l 1.

268 Calliſt. li. 47. ff. de termino moto ti. 21. l. 1. & l. 3.

TIT. De publ. iudiciis

ria ſubnectuntur: cuiuſmodi erant omnia iudicia tempore iuſtiniani:[269] neque Romani à Græcis obſeruatum ordinem ſecuti ſunt, & publica dicuntur hæc iudicia, quòd eorum accuſatio, ſeu vindicta, cuilibet de populo competat:[270] potiſsimùm illis omnibus, qui numerãtur à iureconſultis.[271] Et a Cicerone:[272] non autem his, qui ab Impp. Arcad. Honor. & Theodo. enarrantur:[6] neque enim L. Philonis, aduerſus C. Seruilium prætorem: neque M. Aurelij in L. Flaccũ: aut Pompeij, contra T. Albutium, apud Sardos anñuo proconſulatu functum: Romæ permiſſa fuit accuſatio: propter publicam honeſtatem, atque debitum ſuperioribus & præpoſitis honorem, ſeu reuerentiam: vel capitalia, ſi vltimi ſupplicij pœnam irrogent, vel non capitalia, ſi infamiam, cum damno pecuniario.[273] huiuſmodi verò iudicia publica ſunt 12. primũ, lex Iulia maieſtatis: contra eum, qui aliquid in principem, vel rempublic. molitus eſt: cuius pœna eſt mors:[274] atque in læſæ maieſtatis queſtionibus, etiam mulieres teſtes

269 apud Iuſtin. li.3. inſtitu. tit. de ſucceſ. ſubla. §.1.

270 Vlp. li.23. ff. de ritu. nupt. tit. 2. l. palam §. 4. & lib. 26. ff. de ſuſpect. tuto. tit. 10. l.1. §. conſequens

271 Macer. Paul. & Hermog. li. 48. ff. de accuſa. tit. 2. l. qui accuſare cũ duabus ſequent.

272 Actio. 5. in verrem.

6 lib. 9. C. de his qui accuſ. nõ poſ. tit. 1. l. pen. & fin.

273 Paul. li. 48. ff. eod. tit. 2. l. 2.

274 Vlp. li. 48. ff. ad l. Iul. Maieſta. ti. 4. l.1. & paſsim.

teſtes admittuntur:nam & Fuluia Catilinæ coniurationem detexit. maieſtatis verò crimen duplex eſt, vnũ, quòd perduellionis dicitur,ad reipubl.ſummam pertinens: alterum, quòd generis nomen retinet, & vocatur maieſtatis.[275] & niſi a ſucceſſoribus purgetur, hæreditas fiſco vindicatur, quòd primum a D. Marco inſtitutum fuit. [276] Item lex iulia de adulteriis, qua puniuntur adulteri, qui maſculis coeunt, vltimo ſupplicio. [277] ſtupratores, publicatione tertiæ partis bonorum: ſi honeſtæ perſonæ ſint: nam Romani cõſueuerunt bona illorum quos maximis criminibus damnarẽt,publicare, teſte Alexand. ab Alexand.[278] neque interim lege poncia Cæſarum temporibus ſublata, fas erat in ciuis Romani caput animaduertere, abſq; magno populi comitiatu: ſed ſi ſint humiles perſonæ,[279] vt ancilla:ancillæ: filia &c. coercitione corporis cum relegatione: niſi crimen illud committat tutor, in pupillam, vel ſeruus, in dominam: quibus caſibus maior pœna imponitur. [280] Item lex cornelia de

275 Vlpi.li. 48.ff. ad l.Iul. maieſta. tit.4.l.vltim.

276 Martia. li.9. C.ad l.Iul.maieſ. tit.8.l. pen.& vlt.

277 Conſtantius & Conſtans li.9. C.ad l. Iul.de Adult.ti.9.l.cũ vir.

278 lib. Genialiũ dier.3.cap.23.

279 Valentinian. & Martian.lib.5. C.de inceſt. nup. tit.5.l.Humilem.

280 d. l. cum vir & Conſtantin.li. 9. C. ſi quis eam cuius tutor.ti.10. l.1. & de Mulier. quæ ſer.propr.ſe iunx.tit.11.l.1.

ſiccariis: qua homicidæ, veneficij, hi qui cum telo occidendi cauſa ambulant, vltimo ſupplicio puniũtur.[281] ſed in crimine legis Corneliæ dolus eſt neceſſarius, nec ſufficit etiam lata culpa:[282] nam qui telum tuṭandæ ſuæ ſalutis cauſa gerunt, non videntur hominis occidendi cauſa portare inquit paul.[283] & ſic hac lege non tenentur: de quo Cicer.[284] egregie diſputat. atque lex pompeia de parricidis, qua inſuṭus culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia in proximum mare, vel flumen proiicitur is, qui occidit[285] vel a ſcendentes, vel deſcendẽtes, ſeu collaterales aut affines, veluti liberos, fratres, conſobrinos, vxorem, nurum, generum, vitricum, priuignũ, ſocerum.[286] Et quàm deteſtandum hoc crimen, quámque acerbè puniendum præclarè Cicer.[287] P. Matteolus teſte Liuio: & Volaterano[4] matre interempta primus omnium inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. deinde lex Cornelia de falſis: qua cuiuſuis generis falſitas vindicatur[288] vt ſi quis falſum inſtrumentum ſcripſerit, ſignauerit,

281 Martian. lib. 48. ff. ad l. cornel. de ſiccar. tit. 8. l. Eiuſdem §. fin.

282 Pau. lib. 48. ff. ad l. corne. de ſiccar. tit. 8. l. in lege.

283 lib. 48. ff. ad l. Iul. de vi publi. tit. 6. l. penult.

284 In Milloneà.

285 Modeſtin li. 48. ff. ad l. pomp. de parric. tit. 9. l. pœna. parricidij.

286 Martian. lib. 48. ff. ad l. pomp. de parricid. tit. 9. l. 1. l. ſed ſciẽdum & l. cum pater.

287 pro Roſcio Amerino.

4 lib. 18. & li. 30.

288 Martian. lib. 48. ff. ad l. Corne. de falſ. tit. 10. l. 1. & paſsim.

uerit, recitauerit, ſubiecerit, ſignum adulterinum fecerit, ſculſerit, expreſſerit, punitur vltimo ſupplicio, ſi ſit ſeruus, vel ſi liber, deportatione: quæ ſucceſsit in locum interdictitionis ignis & aquæ.[289] Item lex Iulia de vi priuata, qua puniuntur qui vim ſine armis fecerunt, in tertiam partem bonorum: aut publica, qua afficiuntur, qui vim cum armis fecerunt, vel deportatione, pro qualibet vi armata[290] vel vltimo ſupplicio pro raptu virginis, aut viduæ.[291] Item lex Iulia peculatus, quæ punit eos, qui publicam pecuniã, rem ſacrã, ſeu religioſam furati ſunt, ſi iudices, aut qui iudici conſilium dederunt, capitis pœna: ſi ſint alij, deportatione, puniuntur.[292] M. Cato, in ea oratione, quam de præda militibus diuidenda ſcripſit, vehementibus & illuſtribus verbis de peculatus impunitate ac licentia conqueritur, cuius verba quia impenſè Gellio placuerunt, adſcripſit.[293] fures (inquit Cato) priuatorum furtorum in neruo, ac in compedibus ætatem agunt: fures publici, in auro, atque in purpura.

289 Paul. lib. 48. ff. de publi. iudic. tit. 1. l. 2.

290 Vlpi. li. 48 ff. ad l. iud. de vi publi. tit. 6. l. qui dolo in fin.

291 Iuſtinian. lib. 9 C. de rapt. virg. tit. 13. l. 1.

292 Martian. lib. 48. ff. ad l. Iul. pecul. ti. 13 l. 1. & 4.

293 li. 11. cap. 18.

Item

Item lex flauia de plagiariis quæ affi-
cit eos, qui ſeruum vel filium ita di-
ſtraxerunt, vt recuperari non poſsit:
[294] ſi nobilis, in metallum damnatur:
ſi ignobilis, gladij pœnã luit.[295] Rur-
ſus lex Iulia de ambitu, qua punitur
in centum aureis, qui clàm pro ma-
giſtratu conſequendo pecuniam de-
dit, vel domum iudicis de cauſa cri-
minali cognoſcentis ingreditur.[296]
vnde Polybius [297] veterem cartagi-
nienſium remp. damnat, Romanam
vero laudat, quòd nemo impunè in
illa officia publica mercaretur: in hac,
nundinationis huius ſupplicium capi-
tale erat: cuius legis Cic.[298] latorem
ſe profitetur. atque Alexander Augu-
ſtus Aleogabali ſucceſſor, hanc ma-
giſtratuum mercaturam & nundina-
tionem valde deteſtatus eſt: dicens,
neceſſe eſſe, vt qui emit vendat. Item
lex Iulia de annona, qua viginti au-
reis punitur, qui annonam chario-
rem fecit.[299] denique lex Iulia de re-
ſiduis, qua punitur in ſimplum, & in
tertia parte ſimpli, quod ſupererat ex
adminiſtratione publica, in proprium
vſum

294 Caius vlpia. & Modeſtin. lib. 48. ff. ad l. flauiã. de plagiar. tit. 15. l. 1. l. lege. l. eum & l. penult. §. fin.

295 Conſtantin. lib. 9. C. ad l. flau. tit. 20. l. fin.

296 Modeſtin li. 48. ff. ad l. Iul. de ambitu. ti. 14. l. 1.

297 libro 6.

298 In oratio. pro Muræna.

299 Vlpi. lib. 48. ff. ad l. Iul. de annona tit. 12. l. 2.

vſum conuertens.[300] Quæ autem maiorum criminum pœnæ, quæue minorum apud diuerſas gentes more & legibus fuerint conſtitutæ eleganter docet Alexand. ab Alexand.[301] Fabius quóque de pœnarum iudicio ſcripſit:[302] quarum apud Romanos octo genera fuiſſe conſtat: nempe, damnum, exilium, vincula, verbera, talio, ignominia, ſeruitus, & mors. quâuis raro morte animaduertere conſueuerunt, præterquàm in parricidas, homicidas, perduelliones ſimiléſque facinoroſos: quorum vitæ neutiquam parcendum eſſet.

300 Paul. & Marcian. lib. 48. ff. ad l. Iul. peculat. de reſid. tit. 13. l. 2. & l. 4. 5. lege.

301 lib. 3. genial. dier. cap. 5.

302 lib. 7. inſtitutio. orator. cap. 4.

FINIS.

Sine cerere et bacho frigit venus
Omnia si cuhy periere cupidinis arcus
Gelosa perere cred cui: Jaculantis diva
difficile est.

Guay a chi pone la mane a llaratro
et poy retorne indiettro. 174

Prima frequenam m. secundi que
terrijs non est indecorum

Est tibi quæ patri signatur imago
vultus
Testis materna nata pudicitiæ
Nunc huic nunc [illegible] amor!
Nunc læta immittit nunc [illegible]
nunc mane quies?
Turbida lux sequitur nunc mœstitia [illegible]
Nubila vesper ager